ISOCRATIS
ORATIONES DUÆ:
1. Ad Demonicum.
2. Ad Nicoclem.

Novâ methodo & apprimè utili, quoad verbum & sensum Latinè redditæ: Græcismis, Phrasibus & Sententiis, in quibus maxima vis rei consistit, locupletatæ: Notis & rationibus, quod loca difficiliora & obscuriora, ita illustratæ, ut facillimè à quovis Græcarum Literarum Studioso intelligi possint.

Editio Secunda aucta & emendata.

Studio & operâ

G. Sylvani Pannonii Med.

OXONII.
Excudit H. H. Academiæ Typographus, Sumptibus Authoris. 1677.

9. Decemb. 1676.

Imprimatur Liber, cui Titulus: Isocratis Orationes duæ, &c.

Henricus Clerke
Vice-Cancellarius *Oxon.*

Excellentiſsimo ac Digniſsimo Univerſitatis Oxonienſis Vice-Cancellario:

D. Henrico Clerke, Theologo eximio, Medicinæ Doctori celeberrimo, & Collegii B. M. Magdalenæ Præſidi meritiſſimo: Viro omni virtute, ac imprimis ſummâ humanitate conſpicuo.

Item:

Reverendis, Eruditis ac Clariſſimis Viris:

D. *Thomæ James*, S. Theologiæ Doctori præclaro, & Collegii Omnium Animarum Cuſtodi digniſſimo.

D. Guil. Levinz, Theologo insigni, Medicinæ Doctori eximio, Collegii D. Johannis Baptistæ Præsidi, & Linguæ Græcæ Professori Regio.

D. Johanni Wallis, S. Theologiæ Doctori gravissimo, & Geometriæ Professori Saviliano, Eruditissimo.

D. Narcisso Marsh; S. Theologiæ Doctori omni laude digno, & Aulæ S. Albani Principali meritissimo.

Dominis & Fautoribus suis omni observantiâ semper colendis.

Perpetuam fœlicitatem à Deo Author ex animo vovet.

NOndum decimus quartus, Viri Sacratissimi, elapsus est mensis, ex quo hic Liber primam, surgentis ex alto solis lucem conspexerat, primumque suæ quasi nascentis vitæ diem auspicatus erat. Qui Literato Magnæ Britanniæ Orbi ita gratus & acce-

ptus fuit, ut è mille & quingentis exemplaribus ejus, vix ullum amplius jam venale dari ac reperiri posſit. Quare cùm eum à plurimis Reipublicæ Literariæ Civibus, in dies magis ac magis deſiderari cognitum ac compertum haberem, denuò eum, longè, quàm antea, accuratiorem, multoque auctiorem prœlo ſubmiſi, ac ne juſtis illorum votis repugnare videar, lubens in lucem edidi. Quem veſtris, Viri Celeberrimi, Nominibus veluti totidem Luminibus, ut is magis publicus fieret, & animi mei erga vos gratiſſimi, veſtrique ſemper memoris beneficii, monumentum aliquod extaret, conſecratum ac dicatum eſſe volui. Ac equidem, cùm Artaxerxes Perſarum Rex, paucam aquam à Subdito quodam ſuo loco muneris oblatam, gratâ mente acceperit, eumque ſuo regali beneficio auxerit, non dubito, quin eum, Voſquoque, tanquam literarium munuſculum hilariſſimâ,

lariſſimâ, à me, fronte accepturi, meque, pro humanitate veſtrâ, benevolentiâ proſecuturi ſitis. Valete, diuriſſiméque Deo, Eccleſiæ, Patriæ, & Muſis fœlices ac ſoſpites vivite ac vigete, ex animo precor, votiſque ardentibus voveo.

GEORGIUS SYLVANUS

Pannonius, Medicus.

Anno 1676. die 27. Februar. Oxonii.

NOS, quorum Nomina infra ſunt ſubſcripta, duas haſce Iſocratis Orationes, à *Georgio Sylvano Pannonio*, per Metaphraſin & Periphraſin latinè redditas, Græciſmis, Phraſibus, Sententiis & Notis paſſim exornatas, haud mediocriter, imprimis Ludis Literariis utiles ac profuturas, judicamus, eaſque junioribus Reipublicæ Literariæ Civibus, in ſtudio Linguæ Græcæ verſari cupientibus, non inviti commendamus.

Guil. Levinz, M. D. Coll. D. Johan. Præſes, Græcæ Linguæ Profeſſor Regius.

Narciſſus Marſh, S. T. D. Aulæ S. Albani Principalis.

Richardus Old ex Æde Chriſti.

Chriſtophor. Waſe ex A. B. M. U. Jur. Civil. *Oxon.* Bed.

Anno

Anno 1676. die 5. Februar.

Cantabrigiæ.

NOS infra Subscripti, Librum *Georgii Sylvani Pannonii*, duas Isocratis Orationes, ad Demonicum & Nicoclem variâ interpretatione latinâ donatas, Phrasibus & Sententiis locupletatas, notisque illustratas continentem legimus, utilemque ac proficuum Reipublicæ Literariæ existimamus ac judicamus. Proinde eum grato ac libenti animo, testimoniis nostris ornamus, omnibusquè Ludorum Literariorum Magistris, ac quibusvis aliis Linguam Græcam addiscere cupientibus commendatum habemus.

R. Cudworth Coll. Christi Mag.

Tho. Watson. S. Th. D. Collegii S. Joh. Socius.

Henricus Jenkes Socius Collegii Gonvilli & Caji, & Professor Eloquentiæ in Collegio Greshamiensi, *Londini.*

Thomas Fowler Collegii Sid. Suss. Soc. A.M.

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΡΟΣ
ΔΗΜΟΝΙΚΟΝ
λόγος παραινετικός.

ISOCRATIS
AD
DEMONICUM
Oratio admonitoria.

Ἐν πολλοῖς μὲν, ὦ Δημόνικε, πολὺ διαφώσας εὑρεῖν ἔσομεν τάς τε τῶν σπουδαίων γνώμας, καὶ τὰς τῶν φαύλων διανοίας· πολὺ δὲ μείζονα διαφορὰν εἰλήφασιν ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους συνηθείαις. Οἱ μὲν γὰρ τοὺς φίλους παρόντας μόνον τιμῶσιν· οἱ δὲ καὶ μακρὰν ἀπόντας ἀγαπῶσι. καὶ τὰς μὲν τῶν φαύλων συνηθείας ὀλίγος χρόνος διέλυσε· τὰς δὲ τῶν σπουδαίων φιλίας οὐδ' ἂν ὁ πᾶς αἰὼν ἐξαλείψειεν.

1. *Metaphrasis seu translatio de verbo ad verbum.*

IN multis quidem, ô Demonice, multùm differentes inveniemus & bonorum sententias, & improborum cogitationes: longè autem maximam differentiam acceperunt inter ſeſe familiaritatibus, vel in iis, quæ ſunt inter ipſos, conſuetudinibus. Hi ſiquidem amicos præſentes duntaxat honorant; illi verò etiam longè abſentes amant. Et improborum quidem conjunctiones breve tempus diſſolvit, bonorum verò amicitias nec omne ævum deleverit.

2. *Periphrasis, seu translatio quoad sensum.*

Cùm in multis, ô Demonice, rebus, multùm intereſſe videamus inter bonorum rationes & improborum cogitationes: tum plurimùm inter ſeſe vitæ conſuetudine differunt. Nam alteri amicos, dum præſtò ſunt, tantùm colunt, alteri etiam longè remotos amant. Ac improborum quidem neceſſitudines paulò momento pereunt: bonorum verò amicitias nulla unquam oblivio deleverit, nulla unquam vetuſtas obruere poterit, Cic.

Rationes Expoſitionis, Græciſmi, Phraſes, & Sententiæ.

1. Ἐν πολλοῖς.) Eſt Græciſmus. Græci enim ſæpius ac frequentiùs adjectivis neutris ſine ſubſtantivorum, ut ſunt πρᾶγμα, χρῆμα &c. adjunctione utuntur, Latini rariùs. Potiùs enim hi dicunt: in multis rebus, quàm more Græcorum, in multis: non quòd hoc modo Latini non dicant, ſed quòd rariùs, ac non tam ſæpe, quàm Græci, qui rariſſimè alio loquuntur modo. 2. πολὺ διεχώσας ἐυρήσομεν τάς τε τῶν σπουδαίων γνώμας, καὶ τὰς τῶν φαύλων διανοίας.) Hic διεχώσας ponitur pro διεκήκαμεν. Quia participia verbis inveniendi, ſentiendi &c. addita apud Græcos, ut etiam quandoque apud Latinos, pro infinitivis uſurpantur. Hinc. 1. Phraſis. πολὺ διεχώσας ἐυρίσκειν γνώμας καὶ διανοίας. Videre multùm intereſſe inter rationes & cogitationes. Dicitur hoc imitatione quâdam horum verborum Tullii de natur. Deor. Plurimùm intereſt inter hoc & illud. Item *in* Verrem: Vide quantum interfuturum ſit inter meam atque tuam accuſationem. 2. Sententia. Αἱ τῶν σπουδαίων γνῶμαι, καὶ αἱ τῶν φαύλων διάνοιαι πολὺ διεχώσαι. Bonorum rationes & improborum cogitationes multùm differunt. Inter bonorum rationes & improborum cogitationes, multùm intereſt, magnum diſcrimen eſt. Cic. Aetates noſtræ nihil, aut non fere

multum

multùm differunt. Item: Sit hoc discrimen inter gratiosos cives atque fortes, &c. 3. πολὺ ϑ μείζιν διαφορὰν ἐιλήφαζιν. &c.) Hic ἐιλήφαζιν Atticè ponitur pro communi λαμβάνουζιν. Quia Attici præteritis utuntur pro præsentibus. Hinc. 1. Phrasis. πολὺ μείζιν λαμβάνειν διαφορὰν. Est insignis Græcismus. Qui verè & purè latine non *longè maximam accipere differentiam*, sed quàm plurimùm differre, vel, plurimùm differre redditur ac dicitur. 1. Quia usitatum est Græcis conjungere nomen & verbum, ut verbo quasi neglecto, nomen latinè reddendum sit, quoties hæc forma sermonis transfundenda est; nam si verbum pro verbo reddere velis, inepta erit versio, & abhorrens à consuetudine Linguæ Latinæ: ut longè maximam accipere differentiam, nunquam ac nullibi apud probatos dicitur Authores. 2. Quia adjectiva nominalia, in hujusce-modi Phraseologiis, substantivis in constructione adjuncta explicantur latinè per adverbia, ut hoc loco μείζιν plurimùm, πολὺ μείζιν, quàm plurimùm. Verùm πολὺ *quàm* vel *longè*, facilè hic potest in latino sermone, sine ullo sensûs detrimento omitti. 2. Sententia. Ὁι σπεδαῖοι ϰ̀ ὁι φαῦλοι πολὺ μείζιν διαφορὰν ἐιλήφαζιν ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους συνηϑείαις. Boni & Improbi plurimùm differunt inter se vitæ consuetudine. Dicitur hoc imitatione Ciceronis horum verborum. Multi naturis differunt, voluntate autem similes sunt inter se. Item: Oratores non generibus inter se, sed facultatibus differunt. Aliter. In bonorum & malorum familiaritatibus longè maximum discrimen apparet. 4. μὲν & δ conjunctiones in oratione mutuò se sequentes. 1. Exponuntur per quidem, autem, verò. 2. Interdum μὲν quidem, in versione latina omittitur, & tantùm δ autem exprimitur: & vice versâ nonnunquam μὲν quidem exprimitur; δ verò negligitur. 3. Aliquando utraque hæc particula & μὲν & δ salvo ententiæ sensu omittitur. 4. Plerumque particulis comparativis efferuntur; ut, ita: quemadmodum,

&c. 5. Sæpius his vocibus vertuntur: Et, &: ac inprimis cùm, tum: quando aliquid in oratione generale præcedit, & speciale sequitur, ut in principio hujus orationis. Ἐν πολλοῖς μὲν, &c. generale est & antecedit. πολὺ δ' μείζονι διαφορᾷ εἰλήφασιν &c. speciale est, & sequitur. 6. Phrasis. τιμᾶν τοὺς φίλους, Colere, observare amicos. Sententia. Οἱ φαῦλοι τοὺς φίλους παρόντας μόνον τιμῶσι. Improbi amicos dum adsunt, tantùm colunt. 7. Phrasis. Ἀγαπᾶν τοὺς φίλους. Amare amicos. Sententia. 1. Οἱ σπουδαῖοι τοὺς φίλους κὴ μακρὰν ἀπόντας ἀγαπῶσι. Boni amicos etiam longè remotos amant. 2. πρέπει τοὺς φίλους ὐ μόνον παρόντας, ἀλλὰ κὴ μακρὰν ἀπόντας ἀγαπᾶν. Decet, æquum est amicos non solum præsentes; verùm etiam longè remotos amare. 8. Διαλύειν τὰς συνηθείας. Dissolvere conjunctiones, vincula conjunctionis Cic. ad Atticum, Dissolvere societatem, Cic. pro. Q. R. Dirimere conjunctionem. Cic. pro Domo. Dirimere societatem Cic. &c. Sententia. Τὰς τ φαύλων συνηθείας ὀλίγ διαλύῃ χρόν. Improborum necessitudines paùlo momento pereunt. 9. ἐξαλείφειν τὰς φιλίας. Delere amicitias. N. B. ἂν ἐξαλείψειεν. ἄν hîc potentiale, ac non expletivum est, ut deleverit, quasi delere poterit.

Ἡγούμθ ἓν πρέπειν τοὺς δίξης ὀρεγομένους, καὶ παιδείας ἀντιποιουμένους τῶν σπουδαίων, ἀλλὰ μὴ τῶν φαύλων εἶναι μιμητὰς· ἀπέσαλκά σοι τὸν δ τὸν λόγον δῶρον, τεκμήριον μὲν τ πρὸς ὑμᾶς φιλίας· σημεῖον δ τ πρὸς Ἱππάρχειον συνηθείας· πρέπει γὰρ τοὺς παῖδας ὥσπερ τ ὐσίας, ὕτω κὴ τ φιλίας τ πατρικῆς κληρονομεῖν. Ὁρῶ δ κὴ τ τύχην ἡμῖν συλλαμβάνουσαν, κὴ τὸν παρόντα καιρὸν συναγωνιζόμθον· σὺ μὲν γὰρ παιδείας ὀπαδυμεῖς, ἐγὼ δ παιδεύειν ἄλλους ἐπιχειρῶ· κὴ σὺ μὲν ἀκμὴν φιλοσοφεῖς ἐγὼ δ τοὺς φιλοσοφοῦντας ἐπαινοῦμαι.

Metaphrasis.

Metaphrasis.

Existimans igitur decere gloriæ appetentes, & doctrinam capessen es bonorum at non malorum esse imitatores. Misi tibi hanc orationem munus, argumentum quidem inter nos amicitiæ, signum autem cum Hipponico consuetudinis. Decet enim liberos quemadmodùm facultatum, ita etiam amicitiæ paterræ hæredes esse. Video autem & fortunam nos adjuvantem, & præsentem occasionem *nobis* auxiliantem. Nam tu quidem doctrinam expectis, ego autem docere alios aggredior, *conor*. Et tu quidem adhuc philosopharis; ego verò Philosophantes corrigo.

Periphrasis.

Quùm igitur iis, qui gloriam expetunt, artibusque liberalibus student, bonos ac non improbos imitandos esse arbitrarer, hanc orationem tibi dono misi, quæ & amicitiæ nostræ pignus esset, & *meæ* cum Hipponico familiaritatis signum. Ut enim rei familiaris, sic & amicitiæ paternæ liberis capienda est hæreditas. Ac nobis & fortunam suffragari, & ipsum tempus opitulari video. Nam & tu erudiri cupis, & ego in aliis eruditionis elaboro. Tu enim adhuc sapientiæ studes, ego autem sapientiæ studiosis me ducem præbeo, viamque commonstro.

Rationes expositionis, Græcismi, Phrases & Sententiæ.

1. Ἡγούμην) *Quùm arbitrarer*, expressimus. Quia multis locis Græci participio, quibus Latini significantiùs ac elegantiùs verbo conjunctivo, præcedente cùm vel quùm, utuntur. 2. Phrasis. Ὀρέγεσθαι τῆς δόξης. Expetere gloriam: cupidum esse gloriæ: gloriâ duci: laudis studio trahi. Cic. Sententia. ὀρέγεσθαι τῆς δόξης

ἀξιοῦσι ὀφείλειν τῆς σπουδαίων, ἀλλὰ μὴ τῆς φαύλων εἶναι μιμητάς. Aequum est eos, qui gloriâ ducuntur ac laudis studio trahuntur, virorum virtute præstantium imitatores esse. 3. Phrasis Ἀσκεῖσθαι τὰ παιδείας. Artibus liberalibus studere: ad eruditionem contendere. &c. Sententia. χρὴ τοὺς παιδείας ἀντιποιουμένους τῆς σπουδαίων, ἀλλὰ μὴ τῆς φαύλων εἶναι μιμητάς. Par est, ut ii, qui eruditionis desiderio tenentur, viros virtute præstantes, non autem scelere præditos, imitentur. 4. τεκμήριον μὲν τὸ πρὸς ὑμᾶς φιλίας.) Est Græcismus. *Pignus amicitæ nostræ.* Exponitur etiam, amicitiæ, quæ est inter nos: amicitiæ inter nos mutuæ: amicitiæ nostræ mutuæ. Verùm Tullius Eloquentiæ parens semper dicit, *amicitiæ nostræ*, nec addit, *inter nos* vel *mutuæ.* Proinde πρὸς ὑμᾶς est tantùm periphrasis genitivi ὑμῶν. Phrasis. Οὗτος ὁ λόγος τεκμήριόν ἐστι τοῦ πρὸς ὑμᾶς φιλίας. Hæc oratio est pignus amicitiæ nostræ. 5. σημεῖον δὲ τὸ πρὸς ἱππόνικον συνηθείας.) Hîc subintellige pronomen μὲν vel τὸ ἐμῆς. Est Græcissimus. Qui à Latinis rectissimè his vocibus effertur: *Signum* verò *meæ* cum Hipponico famî iaritatis: signum autem necessitudinis, quæ est mihi cum Hipponico: non verò *erga, in* aut *adversùs* Hipponicum. Quia Romanæ Principes Linguæ vocabula societatis, conjunctionis necessitudinis &c. cum præpositione *cum* conjungere solent. Cic. Cum quo mihi erant omnes amicitiæ necessitudines. Item; Consuetudines præterea & familiaritates, multæque cum multis res rationesque contractæ. &c. 6. περὶ κληρονομεῖν. Hæreditatem adire capere: capeenda est hæreditas. κληρονομεῖν τὴν οὐσίας, καὶ τὴν φιλίας τὴν πατρικῆς. Hæreditatem capere rei familiaris & amicitiæ paternæ. 7. Ἡ τύχη συλλαμβάνει ὑμῖν. Fortuna suffragatur nobis. Cic. Fortunâ suffragante videris res maximas consecutus. Hic suffragante, idem valet, quòd favente. 8. Ὁ καιρὸς ὑμῖν συναγωνιζόμενος ἐστι, vel συναγωνίζεται. Tempus nobis opitulatur. Item, ut Cicero passim loquitur: Occasio nobis

nobis datur: opportunitas aut tempus offertur: tempore admonemur, excitamur. 9. ὀπιδυμεῖν τ παιδείας. Cupere erudiri: eruditionis cupidum esse: liberaliter doctrinâ institui velle. Cic. 10. ὁπηχειρεῖν ἄλλως παιδεύειν. In aliis erudiendis laborare: aliis eruditione inbuendis operam dare. 11. ἐπανορθῦν τὺς φιλοσοφῦντας. Sapientiæ studiosis ducem se præbere, viam commonstrare: operam dare: ad sapientiam contendentium studia adjuvare ut passim è Tullio & aliis Authoribus probatis colligere licet.

Ὅσοι μὲν ὖν πρὸς τὺς ἑαυτῦ φίλυς, τὺς περὶ τὰ πολιτικὰ λόγυς συγγράφυσι, καλὸν μὲν ἔργον ὑπομειρῦσιν, ὡ μὴν ἀλλ' γε τὸ κεφάλαιον τ φιλοσοφίας διαλείβυσιν. Ὅσοι δ τοῖς νεωτέροις εἰσηγῦνται μὴ δι' ὧν τὴν δεινότητα τὴν ἐν τῖς λόγοις ἀσκήσυσιν, ἀλλ' ὅπως τὰ ἦθη βέλτιον ἤδη σπουδαῖοι πεφυκέναι δόξυσι, τοσῦτῳ μᾶλλον ἐπαίνων τὺς ἀκῦοντας ὠφελῦσιν, ὅσον οἱ μὲν ὅτι λόγον μόνον ὠφελῦσιν, οἱ δ καὶ τ βέλτιον αὐτὺς ἐπανορθῦσι. Metaphrasis. Quicunque igitur ad sui ipsorum amicos adhortatorias orationes conscribunt, pulchrum quidem opus suscipiunt: non tamen circa sanè præstantissimum Philosophiæ versantur. Qui autem junioribus introducunt, *præcipiunt*, non per quæ vim in oratronibus exercebunt, sed ut morum consuetudines boni fuisse videantur: tanto magis illis audientes juvant, quantùm illi quidem ad orationem tantùm adhortantur, hi verò etiam morem eorum corrigunt. Periphrasis. Quamvis autem ii, qui ad amicos suos exhortationes scribunt, rem certè præclaram suscipiunt, non tamen in præstantissima sapientiæ studii parte versantur. Qui verò adolescentibus tradunt ea, quorum subsidio non facultatem dicendi exerceant, sed optimis ac honestis imbuantur moribus, eò plus quàm illi, fructûs adferunt auditoribus: quòd alteri ad eruditionem duntaxat verborum hortentur, alteri etiam mores eorum emendent.

Rutilius

Rationes Expositi, Græcismi, Phrases, Sententiæ.

1. Phrasis. συγγράφειν τὰς προτρεπτικὰς λόγους. Scribere exhortationes. Item, cohortari oratione & unâ voce, adhortari, cohortari. 2. ὑπισχνεῖσθαι καλὸν ἔργον. Suscipere rem præclaram. 3. διαλείβειν περὶ τὸ κεφάλαιον τῆς φιλοσοφίας. Subintellige substantivum μέρος. Est græcismus. Frequentissimè enim ac fere semper Græci adjectivis neutris, substantivis eorum commodis non expressè sed implicite positis, elegantiæ & brevitatis causâ utuntur. Versari circa præstantissimum Philosophiæ. Pro: versari circa præstantissimam Philosophiæ partem. Verùm eruditiores ac politiores viri loquuntur: Versari in præstantissima Philosophiæ vel sapientiæ studii parte. Quare præpositio περὶ cum suo accusativo non minùs eleganter quàm sæpe, in præpositionem *in* & *ablativum* apud Latinos vertitur. 4. Ὅσοι ἤ τοῖς νεωτέροις ἐισηγῆνται, μὴ δι' ὧν &c.) Hic post verbum ἐισηγῆνται subintellige pronomen ἐκεῖνα vel αὐτὰ vel ταῦτα. Quia relativum apud Græcos sæpe ponitur sine suo antecedente per ellipsin. 5. ἀσκεῖν τὸ δεινότητα τὸ ἐν τοῖς λόγοις, (subintellige ὅσαν. Est Græcismus insignis, in quo duo præcipuè adolescentibus sunt observanda. 1. Articulus posterior τὸ revocat antecedens δεινότητα, & vim habet exponentis. 2. Idem articulus posterior τὸ innuit hic subintelligi participium ὅσαν. Quia articulus sine suo casu, præpositioni suum casum habenti præfixus, vult commodum aliquod subintelligi participium. Verba igitur græca hoc modo erunt exponenda: Exercere facultatem, quæ in verbis est vel consistit. At verbis Tullii eloquentiæ Parentis ita hæc exprimuntur. Exercere facultatem dicendi, eloquentiam: exercere se in dicendo, versari in exercitatione dicendi: versari in studio eloquentiæ. 6. ἀλλ' ὅπως τὰ πρὸ τρόπων ἤδη σπουδαῖοι περιχέναι δόξει.) Hic plures Græcismi occurrunt. 1. ὅπως δόξει.

Ut

Ut videbuntur, quod Latini, *ut videantur*, per præſens conjunctivi, non per futurum indicativi more Græcorum exprimunt. Nam *ut* conjunctio cauſalis apud Latinos ſemper conjunctivum poſtulat. 2. σπουδαῖοι τὰ ἦθ τρόπων ἤθη. Hic ſubintellige χρ. Hanc laudandi formam Latini uſitatè non per accuſativum more Græcorum, boni mores, vel quoad mores &c. efferunt, ſed ablativo ſuo, quo Græci carent, eleganter exprimunt: ut: Bonis moribus, optimis vel honeſtis moribus. 3. τὰ, τρόπων ἤθη. Unicâ voce, *mores* exprimimus. Solent enim Græci nomina ſimilia ſæpe plurâ componere, quæ Latinis uno tantum ſæpius uſitatum eſt reddere. 4. πεφυκέναι δόξειε, nati eſſe, fuiſſe, præditi eſſe, imbui videantur, pro uno verbo, *ſint*, imbuantur accipitur: nam verbum δοκέω variis infiniti modi verbis tanquam auxiliare copiæ gratiâ apud Græcos jungitur, quo Latini quaſi prorſus ac penitus neglecto alterum in eodem modo, perſona & numero, quo verbum auxiliare exprimi debebat, commodiſſimè efferunt. Phraſis 1. σπουδαῖον πεφυκέναι τὰ ἦθ τρόπων ἤθη. Honeſtis imbutum eſſe moribus. Optimis præditum eſſe moribus. 2. Ὁ νέος τὰ ἦθ τρόπων ἤθη σπουδαῖος. Adoleſcens optimis imbutus moribus. Adoleſcens ſingulari bonitate & modeſtiâ præditus. 7. ὠφελεῖν τὸς ἀκούοντας. Prodeſſe vel fructum afferre auditoribus. 8. διδασκαλεῖν τὸς ἀκούοντας ὅτι λόγον. Hortari auditores ad eruditionem verborum: ad ſtudium eloquentiæ. Sententia. Ὀλίγον ὠφελῆσι τὸς ἀκούοντας, οἱ ὅτι λόγον μόνον διδασκαλοῦσι. Parùm utilitatis afferunt auditoribus, qui ad verborum tantummodò eruditionem hortantur. 9. ἐπανορθοῦν τὸ τρόπον. corrigere, emendare mores: item, conſuetudinem vitioſam & corruptam emendare. Cic. de Clar. Orator. Sententia. Πλεῖσον ὠφελῆσι τὸς ἀκούοντας, οἱ ὐ μόνον ὅτι λόγον διδασκαλοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τὸ τρόπον αὐτῶν ἐπανορθοῦσι. Plurimùm proſunt auditoribus, qui eos non ſolùm ad ſtu-

dium

dium eloquentiæ hortàntur; verùm etiam vitiosam cór-
ruptamque eorum consuetudinem emendant.

Διόπερ ἡμεῖς ὐ παράκλησιν ἐυρόντες, ἀλλὰ παραί-
νεσιν γράψαντες μέλλομέν σοι συμβελεύειν, ὧν χρὴ
τὸς νεωτέρους ὀρέγεσθαι, καὶ τίνων ἔργων ἀπέχεσθαι, καὶ
ποίοις ποιν ἀνθρώποις ὁμιλεῖν, καὶ πῶς τ ἑαυτῶ βίον
οἰκονομεῖν. Ὅσοι γὰρ τῷ βίῳ τούτῳ τρόπῳ ὁδὸν ἐπορεύ-
θησαν, ἔτοι μόνοι τ ἀρετῆς ἐφικέσθαι γνησίως ἠδυνή-
θησαν, ἧς ἀδὲν κτῆμα σεμνότερον, ἀδὲ βεβαιότερον
ὄζι. Κάλλος μὲν γὰρ ἢ χρόνος ἀνώλωσεν, ἢ νόσος
ἐμάρανε· πλοῦτος ὃ κακίας μᾶλλον ἢ καλοκἀγαθί-
ας παρασκευάζων, ὅτι ὃ τὰς ἡδονὰς τὰς νέας παράγα-
λῶν. Ῥώμη ὃ, μὴ μὲν φρονήσεως ὠφέλησεν, ἄνευ δ
ταύτης πλείω τὸς ἔχοντας ἔβλαψε· καὶ τὰ μὲν σώμα-
τα τῆς ἀσκήντων ἐκόσμησε, τ δ τ ψυχῆς ὀπημελήσατο
ἐπισχόπησεν. Ἡ δ τ ἀρετῆς κτῆσις ὅις ἂν ἀκιβδήλως
ἐν τ διανοίαις συναυξηθῇ, μόνη μὲν συγγηράσκει
πλούτου δ κρεῖττον, χρησιμωτέρα δ εὐγενείας ὄζι. τὰ
μὲν τοῖς ἄλλοις ἀδύνατα δυνατὰ καθιστῶσα· τὰ δ
τῷ πλήθει φοβερὰ θαρσαλέως ὑπομένουσα· καὶ τ μὴ
ὄντων λόγον, τ δ πόνων ἔπαινον ἡγεμόνη. Metaphrasis.
Quapropter nos non adhortationem invenientes, sed
præceptionem scribentes futuri sumus tibi consulere, quæ
oportet juniores expetere, & quibus operibus abstinere,
& qualibus quibusdam hominibus uti, & quomodò suam
vitam administrare. Quicunque enim vitæ hanc viam
profecti sunt, hi soli ad virtutem pervenire verè potue-
runt, quâ nulla possessio neque honestior, neque firmior
est. Nam formam quidem aut tempus consumpsit
aut morbus obscuravit, opulentia verò pravitatis potiùs,
quàm probitatis ministra est: facultatem quidem igna-
viæ parans, ad voluptatem autem juvenes adhortans.
Robur verò cum prudentia quidem profuit, sine au-
tem ea plurà, *plùs* habentes læsit: & corpora quidem
exercentium ornavit; animi verò curationes obscura-
vit. At virtutis possessio quibus incorruptè in animis
unà accreverit, sola quidem unà senescit: opulentia
vero

verò potior, utilior autem nobilitate est: ea quidem, quæ aliis impossibilia sunt, possibilia constituens, illa verò, quæ multitudini sunt terribilia, audacter sustinens: & ignaviam quidem dedecus, laborem verò laudem existimans.

Periphrasis. Nos igitur non arreptâ hortatione, sed conscriptâ præceptione tibi consulturi sumus, quæ res adolescentibus expetendæ, quæve facta fugienda sint, & quorum hominum consuetudine uti, & quo pacto vitam instituere debeant. Nam qui hoc vitæ quasi iter ingressi sunt, hi soli verè virtutis compotes fieri potuerunt, quâ nulla possessio neque splendidior est, neque constantior. Nam forma quidem aut ætate consumitur, aut morbo defloreſcit: divitiæ verò vitiorum magis, quàm virtutis ministræ sunt: cùm quòd ignaviæ facultatem offerant, tum quòd adolescentes ad voluptates invitent. Jam vires corporis cum prudentia conjunctæ sanè prosunt, sed sine hac plùs iis ipsis, penes quos sunt, nocent. Et ut vires corporibus pugilum ornamento sunt; sic mentis curationi caliginem quandam & tenebras obducunt. Virtus autem in quorum animis sincerè unà cum ætate accreverit, vel in quorum mentibus à pueris verè consedit, sola in senectute non deserit, & opibus præstantior, & nobilitate utilior. Nam quæ alii efficere non possunt, ea facit, ut obtineri possint. Quæ multitudini horrenda videntur magno animo subit: desidiam in vitio ponit, laborem verò laudi *sibi* ducit.

Rationes expositionis, Græcismi, Phrases, & Sententiæ.

1. Διόπερ ἡμεῖς οὐ παρακλῆσιν εὑρόντες, ἀλλὰ παραίνεσιν γράψαντες) Est Græcismus in aoristis εὑρόντες & γράψαντες, quos Latini, cùm præteritis participii activæ vocis careant, variis modis exponere solent. 1. Per præsens participii, ut invenientes & scribentes;

tentes; ſed id faciunt minùs propriè, minuſquè elegan-
ter, ut cuique probatos Linguæ Latinæ authores le-
genti conſtat. 2. Per periphraſin, ſumentes relativ.
qui, & verbum præteriti temporis; ut, Proinde nos,
qui non hortationem arripuimus, ſed præceptionem
ſcripſimus. &c. 3. Per gerundium in do: ut, Nos igi-
tur non hortationem arripiendo, ſed præceptionem
ſcribendo. 4. Per particulas cùm vel quùm, quando
&c. & per verbum ſubjunctivum; ut, Nos igitur, cùm
non hortationem arripuerimus, ſed præceptionem con-
ſcripſerimus. 5. Per duos ablativos per conſequentiam
abſque conjunctione poſitos, alterum participii paſſivi,
alterum nominis ſubſtantivi; ut, Nos igitur non arre-
ptâ hortatione, ſed conſcriptâ præceptione. Hoc certè
Latini elegantiſſimè faciunt, Tulliumque eloquentiæ
parentem imitantur. Is enim, ut alia omittam loca, de
Finibus ſic loquitur. Niſi fortè hic ſermone aliquo ar-
repto, pro mandatis abuſus eſt. Hinc Phraſis 1. ἐυ-
ρίσκειν παράκλησιν. Arripere vel excogitare horta-
tionem, exhortationem, adhortationem: item, uno
verbo, hortari, exhortari, adhortari. 2. γράφειν
παραίνεσιν. Scribere præceptionem, præcipere ſcriptis:
præcipere oratione ſcriptâ. Item, uno verbo, præcipere.
3. μέλλομαί σοι συμβουλεύειν.) Eſt græciſmus. Qui
rectè ac verè à Latinis non *futuri ſumus tibi conſulere*,
cùm hoc à Romano loquendi modo abhorreat, ſed
conſulturi ſumus tibi, exponitur. Quia μέλλω Græcis
eſt verbum, quod aliis infinitivi modi verbis additum
latinè non redditur, ſed verbum infinitivum ei adjun-
ctum, ſi fuerit activum aut activæ ſignificationis in fu-
turum participii in rus; ſi verò fuerit paſſivum, in par-
ticipium in dus, addito vel ſubintellecto verbo ſubſtan-
tivo, *ſum* plerumque commutatur, vel per futurum
indicativi exprimitur. 3. χρὴ ἐρέσθαι. Oportet ex-
petere: expetendum eſt. Συμβουλεύειν τοῖς νεωτέροις
(ſcil. ἐκεῖνα) ὧν χρὴ αὐτοὺς ἐρέσθαι. Conſilium
dare adoleſcentibus de iis, quæ ipſos oporteat expetere
vel

vel quæ ipſis expetenda ſunt. 4. χρὴ ἀπέχεσθαι. Oportet fugere, vitare, declinare: vel fugiendũ, vitandũ, declinandũ eſt, Συμβουλεύειν τοῖς νεωτέροις, τίνων ἔργων χρὴ αὐτὸς ἀπέχεσθαι. Conſilium dare adoleſcentibus, quæ facta ipſis fugienda ſint. 5. ὁμιλεῖν τινι. Verſari cum aliquo. Cic. Familiarem eſſe alicui. Cic. Συμβουλεύειν τοῖς νεωτέροις, τίσιοις τοῖν ἀνθρώποις χρὴ αὐτὸς ὁμιλεῖν. Conſilium dare adoleſcentibus, quibus cum hominibus eos oporteat verſari: quorum hominum conſuetudine iis ſit utendum, N. B. τίσιοις τοῖν ἀνθρώποις &c. Eſt græciſmus, ac in ſpecie Atticiſmus. Τὶς enim Attici frequentiſſimè vocibus qualitatis, ποῖος, ποιὸς, οἷος, τηλίκος ſeu τηλικόσδε: & quantitatis, πόσος, ποσὸς: item πολὺς & ὀλίγος, nec non μακρὸς, μέγας, μικρὸς. Quin etiam adjectivis aliud ſignificationis genus habentibus per pleonaſmum adjiciunt. 6. οἰκονομεῖν τὸν βίον. Inſtituere vitam. Terent. in Andria. 7. πορεύεσθαι τὸν βίον τοῦτον τὸν ὁδὸν. Hoc iter vitæ ingredi: hoc pacto vitam inſtituere: Ita vivere. 8. ἐφικέσθαι τῆς ἀρετῆς. Idem eſt, quod ἥκειν ὅτι τὸν ἀρετὸν. *Ad virtutem venire.* Virtutem conſequi: virtutis compotẽ eſſe. 9. Τὸ κάλλος ἀνάλωσε χρόνος. Forma ætate conſumitur, ſenio conficitur Nota. ἀνάλωσε hîc Atticè ponitur pro ἀναλίσκει. Nam Attici pro præſentibus utuntur indefinitis. 10. τὸ κάλλος ἐμάρανε (pro μάρανει) νόσος. Forma corporis morbo defloreſcit. 11. Παρασκευάζειν τῇ ῥᾳθυμίᾳ ἐξουσίαν. Offerre facultatem: dare occaſionem ignaviæ. Sententia. Ὁ πλοῦτος τῇ ῥᾳθυμίᾳ ἐξουσίαν παρασκευάζων ὅτι, vel παρασκευάζει. Divitiæ facultatem ignaviæ offerunt: vitam otio torpentem reddunt. 12. Παρακαλεῖν ὅτι τὰς ἡδονὰς. Invitare ad voluptates. Sententia Ὁ πλοῦτος τὸς νέους ὅτι τὰς ἡδονὰς παρακαλῶν ὅτι, vel παρακαλεῖ. Divitiæ adoleſcentes invitant ad voluptates. 13. ἔχειν ῥώμην. Habere vires. Pollere robore. 14. βλάπτειν τὸς τὴν ῥώμην ἔχοντας. Nocere iis, qui viribus valent. Sententia. Ἡ ῥώμη ἄνευ τῆς φρονήσεως τὸς ἔχοντας

πως ἔβλαψε, vel βλάπτῃ. Vires corporis absque prudentia iis, penes quos sunt, nocent. Nota. πλείω (pro πλείονα) βλάπτειν. Plus nocere, lædere, obesse. 15. Κοσμεῖν τὰ σώματα. Ornare corpora. Sententiæ. Ἡ ῥώμη τὰ σώματα τῶν ἀσκούντων κοσμεῖ. Corpora pugilum vires ornant 16. ὀπσκοτεῖν τῆ τῆς ψυχῆς ὀπμελείας. Tenebras obducere curationi mentis. Obscurare animi studia. Sententiæ. Ἡ ῥώμη τῆ τῆς ψυχῆς ὀπμελείας ὀπσκοτεῖ. Vires corporis animi studia obscurant. 17. τὰ ἀδύνατα δυνατὰ καθιστάναι. Impossibilia reddere possibilia. 18. ὑπομένειν θαρσαλέως τὰ φοβερά. Magno subire animo ea, quæ videntur, horrenda. Sententiæ. 1. Ἡ ἀρετὴ τὰ τοῖς πολλοῖς φοβερὰ θαρσαλέως ὑπομένει. Virtus ea, quæ populo videntur formidanda, forti sustinet animo. 2. ἀδύνατον ἀνθρώπῳ ἄνευ τῆς ἀρετῆς τὰ τοῖς πολλοῖς φοβερὰ θαρσαλέως ὑπομένειν. Fieri non potest, ut homo virtute destitutus fortiter ferat ea, quæ vulgo sunt terribilia. 19. Ὄκνον ἡγεῖσθαι λόγον. Desidiam in vitio ponere. Sententiæ. ἡ ἀρετὴ τὸ ὄκνον ἡγεῖται λόγον. Virtus desidiam in vitio ponit. 20. τὸ πόνον ἡγεῖσθαι ἔπαινον. Laborem *sibi* laudi ducere. Sententiæ. Ἡ ἀρετὴ τὸ πόνον ἡγεῖται ἔπαινον. Virtus laborem laudi sibi ducit.

Ῥᾴδιον δὲ τοῦτο καταμαθεῖν ὄστιν ἐκ τε τῆς Ἡρακλέους ἄθλων, καὶ Θησέως ἔργων, οἷς ἡ τῆς λόγου ἀρετὴ πολλῷ πλεῖστον εὐδοξίας χαρακτῆρα τοῖς ἔργοις ἐπέβαλεν, ὥστε μηδὲ τὸ ἅπαντα χρόνον δύνασθαι λήθῃ ἐμποιῆσαι τῆς ἐκείνοις πεπραγμένοις. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰς τοῦ πατρὸς προαιρέσεις ἀναμνησθείς, οἰκεῖον καὶ καλὸν ἔξεις τῷ δράδειγμα τῆς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων. Οὐδὲ γὰρ ὀλιγωρῶν τὰ ἀρετῆς, οὐδὲ ῥᾳδυμῶν διετέλεσε τὸ βίον. ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα τοῖς πόνοις ἐγύμναζε, τὴν δὲ ψυχὴν τοὺς κινδύνους ὑπέμενεν. Οὐδὲ τὸ πλοῦτον ὡρᾳ καιρὸς ἠγάπα· ἀλλ' ἀπέλαυε μὲν τῆς παρόντων ἀγαθῶν ὡς θνητὸς, ἐπεμελεῖτο δὲ τῆς ὑπαρχόντων ὡς ἀθανάτου. Οὐδὲ ταπεινῶς διῴκει τὰ ἑαυτοῦ βίου, ἀλλὰ φιλόκαλός τε ἦν καὶ μεγαλοπρεπὴς, καὶ τοῖς φίλοις

λοις κοινὸς. καὶ μᾶλλον ἐθαύμαζε τὸς περὶ αὐτὸν σπουδάζοντας, ἢ τὸς τῷ γένει προσήκοντας. Ἡγεῖτο δὲ εἶ πρὸς ἑταιρείαν πολλῷ χρεῖττον φύσιν νόμῳ, καὶ ἥρπον γένους, καὶ προαίρεσιν ἀνάγκης. Ἐπιλίποι δ' ἂν ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος, εἰ πάσας τὰς ἐκείνου πράξεις καταριθμησαίμεθα. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἀκριβὲς αὐτῶν ἐν ἑτέροις καιροῖς δηλώσομεν. Metaphrasis. Facilè autem hoc discere est, eque Herculis certaminibus, & Thesei operibus, quibus morum virtus tantam gloriæ notam factis adjecit, ut neque omne tempus possit oblivionem inducere illis factorum, *gestorum*. Atque adeo etiam Patris instituta recordatus domesticum & pulchrum habebis exemplum à me dictorum. Neque enim contemnens virtutem, neque ignaviæ deditus exegit vitam: sed corpus quidem laboribus exercebat, animo verò pericula sustinebat: Neque divitias intempestivè amabat, sed fruebatur quidem præsentibus bonis ut mortalis, curabat verò sua ut immortalis. Neque humiliter instituebat sui ipsius vitam, sed elegansque erat, & magnificus, & amicis communis: & magis admirabatur circa ipsum, se studentes, quám genere propinquos. Existimabat enim esse ad sodalitatem multò præstantiorem naturam lege, & mores genere, & voluntatem necessitate. Defecerit autem nos omne tempus, si omnes illius actiones enumeraverimus: sed accuratam rationem quidem ipsarum in aliis temporibus declarabimus. Periphrasis. Hoc autem facilè tum è certaminibus Herculis, tum è Thesei præclaris operibus perspici potest: quorum factis normâ virtutis directi mores, tantum gloriæ decus impresserunt, ut nulla secula res eorum gestas oblivione delere possint. Atque adeò, si quod Patris tui vitæ institutum fuerit, recorderis, domesticum & illustre habebis exemplum eorum, quæ à me dicuntur. Nec enim sic exegit ætatem, ut vel virtutem negligeret, vel ignaviæ sese dederet: sed & corpus laboribus exercuit, & animum ad pericula paratum habuit. Neque pecuniam supra modum amavit; sed

& bonis ſuis uſus eſt, ut mortalis, & rem familiarem curavit ut immortalis. Neque verò vitam abjectè inſtituit, ſed & ſplendidus fuit, & magnificus, & benignus in amicos, ac ſui ſtudioſos pluris fecit, quàm genere ſibi propinquos. Judicabat enim ad amicitiam conſtituendam plus virium eſſe in natura, quàm in lege, in moribus quàm in genere, in voluntate quàm in neceſſitate.

Rationes expoſitionis Græciſmi, Phraſes & Sententiæ.

1. Ῥᾴδιον ὃ τοῦτο καταμαθεῖν ἐστιν) Hoc Latini duobus imprimis eleganter exprimere ſolent modis. 1. Facilè autem hoc diſci, *perſpici* poteſt. Quia infinitivi Græcorum activi cum adjectivis facultatem ſignificantibus conſtructi eleganter ſæpè mutantur apud Latinos in infinitivos paſſivos, & verbum ἔστι per poteſt exprimitur. 2. Hoc autem facile eſt cognitu. Quia infinitivi Græci etiam ſupinorum vim habent apud Latinos; ita ut ubi Latini utuntur adjectivo, & ſupino poſteriori, ibi Græci utantur infinitivo cum adjectivo 2. Οἷς ἡ ἀρετὴ &c.) Eſt antiptôſis dativi pro genitivo ὧν, quâ Græci ac imprimis Attici ſæpiſſime utuntur, Latini non item. 3. Ἡ ἀρετὴ τῶν ἠθῶν. Virtus morum. Sed Latini poſſunt eſſe contenti alterâ voce. *mores*: quamvis id variis per periphraſin exprimatur modis: ut, Virtutis normâ directi mores: ad regulam virtutis exacti mores &c. 4. ἐπιθάλλειν τιλικοῦτον εὐδοξίας χαρακτῆρα τοῖς ἔργοις. Tantum gloriæ decus imprimere factis. Tanta, tam inſignia, tamque præclara laudis gloriæque monumenta parare factis. 5. ἐμποιεῖν λήθην τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων. Inducere oblivionem rerum ab illis geſtarum. Obſivione delere res eorum geſtas, vel memoriam rerum ab iis geſtarum. Notâ. Dativus ἐκείνοις ponitur hîc loco genitivi & præpoſitionis. ὑπ' ἐκείνων. 6. ὥστε μηδὲ τὰ ἅπαντα χρόνον δύνασθαι λήθην ἐμποιῆσαι.) ὥστε, ut conſtruitur hîc cum infinitivo δύνασθαι, qui per conjunctivum Latinè effertur. Nam ut cauſalis apud

Latinos

Latinos Conjunctivum amat: accusativus verò, τὸ ἀπάντα χρόνον nominativi vim habet. 7. ἀναμιμνήσκειν τὰς τοῦ πατρὸς προαιρέσεις. Recordari Patris vitæ instituta. Revocare in memoriam, quomodò pater vitam instituit. 8. Οἰκεῖον καὶ καλὸν ἔχειν παράδειγμα. Domesticum ac præclarum habere exemplum. 9. Ὀλιγωρεῖν τῆς ἀρετῆς. Contemnere, negligere virtutem. 10. διατελεῖν τὸν βίον. Exigere ætatem. Transigere vitam. Salust. Ῥωμαίων διετέλεσε τὸν βίον. Ita vitam exegit, ut ignaviæ sese dederit. In otio vixit. Cic. Otiosam ætatem & quietam sine labore & contentione animi traduxit. Cic. Vitam silentio transegit. Salust. de Bell. Catil. 11. γυμνάζειν τὸ σῶμα τοῖς πόνοις. Exercere corpus laboribus. 12. ὑπομένειν τὴν ψυχὴν τοὺς κινδύνους. Sustinere animo pericula. Habere animum ad pericula paratum. 13. ἀγαπᾶν τὸν πλοῦτον περισσοτέρως. Amare divitias supra modum. 14. ἀπολαύειν τῶν παρόντων ἀγαθῶν. Uti præsentibus bonis. 15. ἐπιμελεῖσθαι τῶν ὑπαρχόντων scil. ἀγαθῶν. Curare rem familiarem. Tueri, conservare parta. Nota. 1. Per τὰ παρόντα author hîc videtur significare ea bona, quæ non sunt durabilia, sed citò peritura. Per τὰ ὑπάρχοντα verò ea bona, quæ sunt magis firma & constantia. 2. τὰ παρόντα, τὰ ὑπάρχοντα, τὰ ὄντα scil. ἀγαθὰ, ἢ οὐσία, ἢ ὑπάρχουσα οὐσία, ἢ ὕπαρξις apud Authores vix differunt, sed synonyma sunt tantùm. Latinis significant, bona, facultates, possessiones, divitias, rem familiarem, &c. 16. ταπεινῶς διοικεῖν τὸν βίον. Abjectè vitam instituere: sordidum esse. Sordidè vivere. 17. φιλόκαλον εἶναι. Splendidum esse. Studiosum esse honesti cultûs vel honestatis. Cic. in Thusculan. 18. μεγαλοπρεπῆ εἶναι. Magnificum esse. 19. Κοινὸν εἶναι τοῖς φίλοις. Benignum esse in amicos. Cum amicis omnia communicare. 20. σπουδάζειν περί τινα. Studiosum, amantem esse alicujus. Cic. ad Tyron. Varronem tum amantissimum cognoui, tum etiam valde studiosum tui. 21. Θαυμάζειν

μάζειν τὸς περὶ αὐτὸν σπουδάζοντας. Magnificere sui studiosos. Nota. αὐτὸν hic pro ἑαυτὸν ponitur. Nam relativum αὐτὸς reciproce ponitur more Attico. 24. προσήκειν πρὸ τὸ γένος. Propinquum esse alicui genere. Cognatione aliquem attingere. Θαυμάζειν τὸς πρὸ γένος προσήκοντας. Colere propinquos genere. 25. Ἡ φύσις πολλῷ κρείττων πρὸς ἑταιρείαν ὁρᾷ τὸ νόμου. Natura longè plus valet ad amicitiam inter homines jungendam, quam leges. 26. καταριθμεῖν πάσας πινὸς πράξεις. Enumerare omnes alicujus actiones. 27. Δηλοῦν τὸ ἀκριβὲς (pro ἀκρίβειαν) τῆς πράξεων. Explicare accuratam actionum rationem. Accuratiùs explicare actiones, vel agere de actionibus.

Δεῖγμα ὧν τὸ Ἱππόνικε φύσεως νῦν ὀξεννόχαμεν, πρὸς ὃ δεῖ ζῆν σε ὥσπερ πρὸς παράδειγμα, νόμον μὲν ἐκεῖνο ἡγησάμενον, μιμητὴν δὲ καὶ ζηλωτὴν τὸ πατρῴας ἀρετῆς γενόμενον. Αἰσχρὸν γὰρ τὸς μὲν γραφεῖς ἀπεικάζειν τὰ καλὰ τῶν ζώων, τὸς δὲ παῖδας μὴ μιμεῖσθαι τὸς σπουδαίους τῶν γονέων. Ἡγοῦ μηδενὲ τῶν ἀθλητῶν ὕστερον προσήκειν ὅτι τὸς ἀνταγωνιστὰς ἀσκεῖν, ὡς σοι σκοπεῖν, ὅπως ἐφάμιλλος γενήσῃ τοῖς τὸ παλαιὸς ἐπιτηδεύμασιν. Οὕτω δὲ τὴν γνώμην ἀδύνατον διατεθῆναι τῶν μὴ πολλῶν καὶ καλῶν ἀκροσμάτων πεπληρωμένον. Τὰ μὲν σώματα τοῖς συμμέτροις πόνοις· ἡ δὲ ψυχὴ τοῖς σπουδαίοις λόγοις αὔξεσθαι πέφυκε. Διόπερ ἐγώ σοι παραινέσομαι συντόμως ὑποτίθεσθαι, δι' ὧν ἂν μοι δοκοίης ἐπιτηδευμάτων πλεῖστον πρὸς ἀρετὴν ὁδὸν δραμεῖν, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις εὐδοκιμῆσαι. Metaphrasis. Specimen autem Hipponici naturæ nunc protulimus, ad quod oportet vivere te tanquam ad exemplum, legem quidem illius mores arbitrantem, imitatorem autem & æmulatorem paternæ virtutis factum, existentem. Turpe enim pictores quidem effingere pulchra animalium: liberos autem non imitari bonos parentum. Ducito autem nulli pugilum sic convenire contra adversarios enitescere, ut tibi circumspicere, ut par fias patriis studiis.

Sic

Sic autem animum impossibile affectum esse eum, qui non multis & pulchris auditionibus repletus est. Etenim corpora moderatis laboribus, animus autem honestis sermonibus augeri consuevit. Quapropter ego tibi conabor breviter subjicere, per quæ mihi videaris studia plurimùm ad virtutem addidisse, & apud alios omnes homines bene audiisse. Periphras. Nunc specimen Hipponici naturæ exhibuimus, quod tanquam exemplar in vita degenda propositum tibi esse debet, ut mores illius pro legibus habeas, & paternæ virtutis imitator ac æmulus existas. Nam cùm pictores pulchras exprimant animantes, turpe fuerit liberis parentes virtute præstantes non imitari. Quare persuasum habe, nulli pugili tantam præparationem esse adhibendam contra suos adversarios, quàm tibi curandum sit, ut in hoc laudis certamine sis patri tuo par. Nequaquam autem fieri potest, ut quisquam hoc suum inducat in animum, ni multis & bonis præceptis fuerit refertus. Nam ut corpora moderatis laboribus; sic mens honestâ doctrinâ augeri solet. Ego itaque paucis te conabor monere, quibus studiis maximos in virtute progressus facturus, & ab aliis omnibus hominibus laudem ac gloriam consecuturus esse videaris.

Rat. exposit. Græcismi, Phrases &c.

1. Ἐκφέρειν vel ἐξεννηνοχέναι δεῖγμα τ̃ φύσεως. Exhibere specimen naturæ. 2. Ζῆν πρός τι ὥςπερ πρὸς παράδειγμα. Proponere sibi aliquid, imitari aliquid in vita degenda tanquam exemplar. 3. ἡγεῖσθαι νόμον τ̃ ἐκείνε τρόπον. Mores illius pro legibus habere. 4. μιμητὴν γ̃ ζηλωτὴν γίνεσθαι τ̃ πατρώας ἀρετῆς. Imitari paternam virtutem. 5. ἀπειχάζειν τὰ καλὰ τ̃ν ζώων pro τὰ καλὰ ζῶα. Est Atticismus. Atticè enim substantivum adjectivo ut plurimum, non respondet casu, sed eleganter permutatur genitivo plurali, qui plerumque vestitus est articulo. Exprimere pul-

chras animantes. 6. μιμεῖσθαι τὰς σπουδαίους τῶν γονέων, pro τοὺς σπουδαίους γονεῖς. Imitari parentes virtute præstantes. Sententia. Αἰσχρὸν τοὺς παῖδας μὴ μιμεῖσθαι τοὺς σπουδαίους τῶν γονέων. Turpe est liberis Parentes virtute præstantes non imitari. Nota. τὸ μιμεῖσθαι καὶ τὸ ζηλᾶν Græci Grammatici sic distinguunt, ut τὸ μιμεῖσθαι seu μιμητὴν γίνεσθαι opus & actionem significet. τὸ ζηλᾶν seu ζηλωτὴν γίνεσθαι vel εἶναι verò studium & contentionem: quod interpretantur, σὺν ὁπουδῇ μιμεῖσθαι. Studio quodam ad imitationem ferri. 7. ἀσκεῖν ἑαυτὸν πρὸς τοὺς ἀνταγωνιστάς. Exercere se, præparationem adhibere contra adversarios. 8. προσήκει σκοπεῖν. Convenit providere, curare. Providendum, curandum est. 9. ἐραμιλλον γίνεσθαι πρὸς τὰ πατρὸς ὁπουδεύματα. In laudis certamine parem esse patri. Aemulari paterna studia. 10. Οὕτω διατεθῆναι τῷ γνώμῃ, idem est, quod διακεῖσθαι τῇ γνώμῃ. (pro κατὰ τὴν γνώμην) Ita affectum esse animo. Eo vel hoc esse animo. Sic velle, hoc velle. In hac esse sententia. Hoc in animum inducere. 11. πεπληρωμένον εἶναι ἀκουσμάτων. Plenum esse auditionum. Abundare, imbutum esse præceptis. 12. Αὔξεσθαι πέφυκε. Augeri solet. Item, unâ voce: augetur. 13. νουθετεῖσθαι πρὸς συντόμως. Paucis aliquem monere 14. ὁπουδάζειν vel ὁπουδᾶν πλεῖον πρὸς τὴν ἀρετήν. Plurimùm proficere vel profeciſſe ad virtutem. Plinius. Maximos facere progressus in virtute. 15. εὐδοκιμεῖν παρὰ τοῖς ἄλλοις. Laudem consequi ab aliis. Nota, Aorisli ὁπουδᾶσαι & εὐδοκιμῆσαι ponuntur hic per enallagen pro futuris ὁπουδάσειν καὶ εὐδοκιμήσειν.

Πρῶτον μὲν ἐν εὐσεβείᾳ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς μὴ μόνον θύειν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένειν. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ τῆς χρημάτων εὐπορίας σημεῖον· τοῦτο δὲ τῆς τῶν ἔργων καλοκἀγαθίας τεκμήριον. Τίμα τὸ δαιμόνιον ἀεὶ μᾶλλον, μᾶλλον δὲ μὴ τῆς πόλεως. ὅταν γὰρ δόξεις ἅμα τε τοῖς θεοῖς θύειν, καὶ τοῖς νόμοις ἐμμένειν. Τοιοῦτον γίνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν ἕνξαιο περὶ σαυτὸν

τὸν γενέσθαι τὰς σεαυτῦ παῖδας. Ἀσκῆ δὴ περὶ τὸ σῶμα γυμνασίων, μὴ τὰ πρὸς τ ῥώμην, ἀλλὰ τὰ πρὸς τ ὑγίειαν συμφέροντα. Τότε δὲ ἂν ὀπτυγχάνοις, ἐὰν λήρους δὴ πόνων, ἔτι πονεῖν δυνάμενος. Α ποιεῖν αἰσχρὸν ταῦτα νόμιζε, μήδὲ λέγειν εἶναι καλόν. Μήτε γέλωτα προπετῆ σέβου, μήτε λόγον μεθ ἁρπάζων ἀποδέχου· τὸ μὲν γὰρ ἀνόητον, τὸ δὲ μανικόν. Ἔθιζε σεαυτὸν εἶναι μὴ σκυθρωπόν, ἀλλὰ σύννουν· δι ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἀυθάδης, διὰ δὲ τοῦτο φρόνιμος ἂν δόξεις. Metaphrasis. Primùm igitur cole ea, quæ ad Deos *pertinent*, non solùm sacra faciens; sed & jusjurandum conservans. Illud enim pecuniarum copiæ indicium est: hoc autem morum honestatis signum. Cole numen semper quidem, maximè autem cum civitate: sic enim videberis simul & Diis sacrificare, & legibus insistere. Talis ergò parentes, quales vel es in te ipsum fieri tui ipsius liberos. Exerce eorum, quæ circa corpus *sunt* exercitiorum non ea, quæ ad robur, sed quæ ad valetudinem conferunt: hujus autem compos eris, si desines laborum adhuc laborare valens. Quæ facere turpe, ista existima neque dicere esse pulchrum. Neque risum petulantem ama, neque orationem cum audacia *conjunctam* approba: illud enim stultum, hoc insanum est. Assuefacias teipsum esse non torvum vultu, sed severum: per illud enim superbus, *injolens*, per hoc verò prudens esse videberis. Periphrasis. Imprimis igitur Deos religiosè colito, non modò sacra faciendo, sed jurejurando etiam conservando. Nam illud amplæ pecuniæ indicium est: hoc morum integritatis argumentum. Venerare numen cùm aliàs semper, tum maximè cùm sacra publicè fiunt: sic enim apparebit te simul & Diis immolare, & legibus obtemperare. Talem te præbeas erga parentes, quales optares in te ipsum esse liberos tuos. Amplectere eas corporis exercitationes, non quæ ad robur, sed quæ valetudini profint: Quod ita consequêre, si laborare desinas, dum adhuc laborare potes. Quæ factu turpia sunt, ea ne dictu quidem decora esse puta. Neque risui effuso deditus

esto,

ſto, neque orationem audacem probato. Nam alterum ſtultitiæ eſt, alterum inſaniæ. Aſſuefac teipſum, ut ſis vultu non torvo, ſed ſevero: nam illud inſolentiæ, hoc prudentiæ tribuetur.

Rat. expoſit. Græciſm. Phraſ. &c.

1. τοιοῦτον γίνεσθαι πρὸς τοὺς γονεῖς. Talem ſe præbere erga parentes. Eo eſſe animo in parentes. 2. ἀσκεῖν περὶ τὸ σῶμα γυμναζίων τὰ συμφέροντα. Eſt Atticiſmus, pro communi: ἀσκεῖν τὰ συμφέροντα τῷ σώματι γυμνάσια. Utilia amplecti corporis exercitia: Eas amplecti corporis exercitationes, quæ proſint. 3. ὀπτυγχάνειν πρός. Compotem eſſe alicujus rei. Conſequi aliquid. 4. λήγειν περὶ πόνων. Deſinere laborare. Sententiæ. Λῆγε περὶ πόνων ἔτι πονεῖν δυνάμενος. Deſine laborare, dum adhuc laborare potes. 5. Στέργειν γέλωτα φορτικῶς. Petulantem amare riſum. 6. ἀποδέχεσθαι περὶ λόγων μὴ θρασέως. Pro: ἀποδέχεσθαι τοὺς λόγους, τοὺς μὴ θρασεῖς ὄντας. Probare, laudare orationem cum audacia conjunctam, vel *audacem*. 7. ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν &c.) Hîc infinitivi ποιεῖν & λέγειν, per ſupinum poſterius, factu, dictu exponuntur. Quia ubi Latini utuntur adjectivo & poſteriori ſupino in tu: ibi Græci infinitivo cum adjectivo. 8. σκυθρωπὸν εἶναι. Vultu eſſe torvo. Naturâ triſti ac reconditâ eſſe. Cic. 9. σύννεον εἶναι. Vultu eſſe ſevero, gravi. Item: Præſenti eſſe animo. 10. αὐθάδη εἶναι. Inſolentem eſſe. Superbire. ſibi ipſi placere. 11. φρόνιμον εἶναι. Prudentem eſſe. Διὰ τοῦτο λόξεις φρονίμῳ εἶναι. Hoc tibi prudentiæ tribuetur.

Ἦγε μάλιστα σαυτῷ παρέπειν κόσμον, αἰχύνου, δικαιοσύνου, σωφρόσυνου. Τούτοις γὰρ ἅπασι δοκεῖ κρατεῖσθαι τὸ περὶ νεωτέρων ἦθος. Μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας ἔλπιζε λήσειν· κἂν γὰρ, ἂν τοὺς ἄλλους λάθῃς, σαυτῷ γε συνειδήσεις. Τὸν μὲν Θεὸν φοβοῦ. Τοὺς

γονεῖς τίμα. Τὸς δ' φίλους αἰσχύνε. Τοῖς δ' νόμοις πίθε. Τὰς ἡδονὰς δίωκε, τὰς μὲν δόξης. τέρψις δὲ σὺν τῷ καλῷ μὴ ἄπεστιν, ἄνευ δ' τούτου, κάκιστον. Εὐλαβοῦ τὰς διαβολὰς, κἂν ψευδεῖς ὦσιν. οἱ μὲν πολλοὶ τὸ μὴ ἀληθὲς ἀγνοοῦσι, πρὸς δ' τὸ δόξαν ἀποβλέπουσιν. Ἅπαντα δόκει ποιεῖν, ὡς μηδένα λήσων. κὴ μὲν ἂν φθονητικὰ κρύψῃς, ὕστερον ὀφθήσῃ. Μάλιστα δ' ἂν εὐδοκιμοίης, εἰ φαίνοιο ταῦτα μὴ πράττων, ἃ τοῖς ἄλλοις ἂν πράξασιν ὀνειδίσῃς. Metaphr. Ducito maximè teipſum decere ornatum, pudorem, juſtitiam, temperantiam. His enim omnibus videtur contineri adoleſcentum diſciplina. Nunquam quicquam turpe faciens, vel *cùm feceris*, ſpera clam fore: etenim ſi alios latueris, tibi ipſi quidem conſcius eris. Deum quidem time. Parentes autem honora. Amicos verò verere. Legibus pare. Voluptates venare eas, quæ cum gloria *conjunctæ ſunt*: delectatio enim cum honeſto, optimum eſt, abſque autem hoc, peſſimum. Cave criminationes quamvis falſæ fuerint: multi enim veritatem ignorant, ad opinionem verò reſpiciunt. Omnia videaris facere, tanquam neminem celaturus. Nam etſi in præſentia occultâris, poſtea conſpicieris, id eſt, deprehen eris. Maximè autem exiſtimationem colliges, ſi videare ea non faciens *eſſe*, quæ aliis facientibus ſuccenſeas, vel, quæ alios facientes objurgares. Periphraſis. Exiſtima te maximè decere modeſtiam, verecundiam, juſtitiam, temperantiam. Nam his virtutibus omnis adoleſcentiæ diſciplina continetur. Si quid unquam turpe admiſeris, ne ſperato clàm fore. Nam etſi id alios celaveris, ipſe tibi tamen conſcius eris. Deum time. Parentes honora. Amicos verere. Legibus obtempera. Eas amplectere voluptates, quæ gloriam pariant: Nam oblectatio cum honeſtate conjuncta, res eſt optima: ſine hac autem, peſſima. Criminationes cave etiam falſas. Vulgus enim cùm veritatem ignoret, ex opinione famáque judicat. Omnia ita feceris, quaſi neminem ſis celaturus. Etſi enim in præſentia

quidpiam

quidpiam occultâris, post tamen innotescet. Gloriam ac laudem facillimè consequêris, si appareat te ea non facere, quæ ab aliis facta reprehenderes.

Rat. expos. Græcism. Phrases, &c.

1. Τύπτις γὰρ ἅπασι &c. Constructio ambigua est, utrùm τύπτις ἅπασι δοκεῖ κρατεῖσθαι, an verò, ἅπασι δοκεῖ, κρατεῖσθαι τύπτοις &c. conjungenda sint. Nonnullis lectio commodior videtur esse hæc: τύπτοις γὰρ ἅπαν τὸ ἦθος &c. Sed quomodocunque legatur, sententia eódem redit. 2. Δοκεῖ κρατεῖσθαι pro unico verbo κρατεῖσθαι ponitur. 3. μηδὲν πολὺ μηδὲν &c. *Nihil quicquam* diximus. Quia posterior vox negativa οὐδὲν, μηδὲν, ut sæpe alibi, ita hoc imprimis loco æquipollet particulæ *quicquam*. Μηδὲν αἰσχρὸν ποιεῖν. Nihil turpe admittere, committere. 4. Ἐλπίζειν τὶ λήσειν. Sperare aliquid clàm fore. 5. Συνειδέναι ἑαυτῷ. Conscium esse sibi. 6. φοβεῖν τὸν Θεὸν. Teneri metu Dei. Timere Deum. 7. τιμᾶν τοὺς γονεῖς. Honorare Parentes. 8. αἰσχύνεσθαι τοὺς φίλους. Vereri amicos. 9. πείθεσθαι τοῖς νόμοις. Obedire legibus. 10. διώκειν τὰς ἡδονάς. Amplecti, sectari, sequi voluptates. 11. τέρψις γὰρ σὺν τῷ καλῷ ἄειζον &c.) Hîc dicitur τέρψις ἄειζον, & κάκιζον. Quia usitatum est Græcis substantivo masculino aut fœminino adjectivum jungere neutrum, sub quo potest per ellipsin subintelligi χρῆμα, id quod & additur nonnunquam, ut; Ἀθάνατον χρῆμα ἡ ἀλήθεια καὶ ἀίδιον. Immortalis res & sempiterna est veritas. 12. Οἱ γὰρ πολλοὶ τὸ μὲν ἀληθείαν ἀγνοοῦσι, πρὸς δὲ τὸ δόξαν ἀποβλέπουσι.) Cicero in Orarione pro Q. Rosc. hanc sententiam latinis verbis sic expressit: Vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat. Ex quibus facilè intelligimus τοὺς πολλοὺς ab eo vocari *vulgus*, & ἀποβλέπειν πρὸς τὸ δόξαν. ex opinione æstimare. 13. δόκει ποιεῖν. Videaris facere. Puta te facere. Et unico verbo: Feceris. Nam δοκέω verbum græcum

græcum tanquam auxiliare & copiæ gratiâ additum, quod Latinos sæpe non redditur, sed infinitivus ei adjunctus exprimitur. 14. μανθάνειν. Nemi-nem celare. 15. κρυπτεῖν τι ἑαυτόν. Occultare aliquid in præsentia. 16. μάλιστα εὐδοκιμεῖν. Optime audire. Clarissimum fieri. Facillime gloriam consequi. 17. ἐπιμᾶν τινι. Reprehendere aliquem. ἐπιμᾶν τοῖς ποιοῦσι. Reprehendere facientes, vel eos, qui faciunt.

Ἐὰν ἦς φιλομαθὴς, ἔση πολυμαθής. Ἀμὲ ἐπίστασαι, διαφύλαξε τῇ μελέτῃσι· ἃ δὲ μὴ μεμάθηκας, πρόσλαμβανε τῇ ἐπιστήμαις. Ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν ἀκούσαντα χρήσιμον λόγον μὴ μαθεῖν, καὶ δεδομένου παρ' ἄλλου φίλου μὴ λαβεῖν. Καταλείπε τὴν σὴν ἀπὸ τοῦ βίου σχολὴν ἐς τὴν τῶν λόγων θεωρίαν. Οὕτω γὰρ τοῖς ἄλλοις χαλεπὸς εὑρεθήσῃ συμβήσεταί σοι ῥᾳδίως μανθάνειν. Ἦ γὰρ σὺ ἀκουσμάτων πολλὰ πολλῶν εἶναι χρημάτων κρείττω. Τὰ μὲν γὰρ παρὰ χρόνου ἀπολείπει· τὰ δὲ παντὸς τοῦ χρόνου διαμένει. Σοφία γὰρ μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον. Metaphrasis. Si sis discendi cupidus, eris multiscius. Quæ scis, custodias, confirmes exercitationibus; quæ vero non didicisti, assume, adjunge scientiis. Similiter enim turpe est eum, qui audiverit utilem orationem, non discere, & datum aliquid bonum ab amicis non accepisse. Impende in vitæ otium, vel *quod in vita est*, in sermonum, *doctrinæ* cupidam auditionem. Sic enim aliis, (pro ab aliis) difficile inventa continget tibi facile discere. Exilissima auditorum multa, multis esse pecuniis præstantiora. Hæc enim citò deficiunt: illa autem omne tempus permanent. Sapientia enim sola possessionum immortalis res est. Periphras. Si cupide didiceris, multa disces. Quæ didicisti, exercitationis diligentiâ tuere; quæ adhuc ignoras, artium cognitione adjungito. Aeque enim turpe est auditam utilem orationem non discere, ac boni quidpiam datum ab amicis nolle accipere. Quicquid otii in vita tibi dabitur, id in audien-

dæ doctrinæ studio consumito. Sic enim futurum est, ut quæ magnis alii laboribus invenêre, tu facilè perdiscas. Audivisse multa præstare puta, quàm multum pecuniæ coëgisse. Nam hæc facilè amittitur: illa verò perpetuò durant. Solius enim sapientiæ possessio est immortalis.

Phrases & Notæ &c.

1. Διαφυλάττειν τι ἢ μελέταις. Conservare aliquid studio, exercitatione. Tueri aliquid exercitationis diligentiâ. 2. Προσλαμβάνειν τι ἢ ἐπιστήμαις. Adjungere aliquid artium cognitione. Comprehendere aliquid scientiâ. 3. Notâ. Ὁμοίως & ὡς particulæ comparativæ sunt, reddunturque Latinè, *Aeque, ac: tàm, quàm*, &c. Quia Latini comparationem similium his vocibus instituunt. 4. μανθάνειν χρήσιμον λόγον. Discere utilem orationem, 5. λαμβάνειν τι ἀγαθὸν παρά τινος φίλων δεδομένον. Accipere aliquid boni ab amicis datum. 6. καταναλίσκειν τινὰ ἐν τῷ βίῳ σχολήν. Consumere id otii, quod in vita datur. Item: Impendere vitæ otium. 7. φιλησία τῶν λόγων. studium audiendi doctrinam. Sed more Tullî elegantiùs dicitur: Audiendæ doctrinæ studium. 8. χαλεπῶς τι ἐυρίσκειν. Magno labore aliquid invenire. 9. Ῥᾳδίως μανθάνειν τὰ πρὸς ἄλλοις χαλεπῶς ἐυρημένα. Facilè est discere, quæ ab aliis magno labore inventa sunt, vel quæ alii magno labore invenerunt. 10. πολλὰ τῶν ἀκροαμάτων πολλῶν χρημάτων κρείττω ἐστί. Multa audivisse præstat, quàm multum pecuniæ coëgisse. Plerœque auditiones multis pecuniis sunt præstantiores. 11. τὰ χρήματα τὰ χρεὼν ἀπολείπουσι, pro ἀπολείπεται. Quia Atticis neutris pluralibus respondet verbum singulare. Pecuniæ citò desistunt, facilè amittuntur. 12. τὰ ἀκροάματα πάντα τὸν χρόνον παραμένει, pro παραμένει. Auditiones perpetuò durant. Doctrina nunquam deserit.

Μὴ κατάτεινε μάκρον ὄζον πρεσβυτέρων πρὸς τὸν ἡδο-

ονὴν

σκεψιν τι χρήσιμον ἐπαγγελλομένους. Αἰσχρὸν γὰρ τοὺς μὲν ἐμπόρους πολλὰ τὰ πολλάχου διαπεραν ἕνεκα τοῦ πλείω ποιῆσαι τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν, τοὺς δὲ νεωτέρους μηδὲ τὰς χεῖρον πορείας ὑπομένειν ὅπως τὴν βελτίω κατασκευάσωσι τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν. Τῷ μὲν βίῳ τινὰ φιλοπερσόνορον, τῷ δὲ λόγῳ εὐπερσόνορον. Ἔστι δὲ φιλοπερσονορείας μὲν τὸ περιφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας. εὐπερσονορείας δὲ τὸ πρὸς λόγους, αὐτοῖς οἰκείως ἐντυγχάνειν. Ἡδέως μὲν ἔχε πρὸς ἅπαντας, χρῶ δὲ πρὸς ἐλευθέρους. Οὕτω γὰρ τοῖς μὲν ἂν ἀπεχθὴς ἦσθα, τοῖς δὲ φίλος γένοιο. Τὰς ἐντεύξεις μὴ πυκνὰς ποιοῦ πρὸς αὐτοὺς, μηδὲ μακρὰς ποιοῦ πρὸς αὐτούς. Πλησμονὴ γὰρ ἁπάντων. Γύμναζε σεαυτὸν πόνοις ἐκουσίοις, ὅπως ἂν δύναιο καὶ τοὺς ἀκουσίους ὑπομένειν. Metaphrasis. Ne te pigeat longam viam ire ad docere quid utile promittentes, vel *ad eos, qui se docere quid utile promitterunt*. Turpe enim mercatores tanta maria transire causâ ampliorem faciendi rem familiarem, adolescentes verò neque per terram itinera sustinere in meliori *negotio* constituere suum animum, vel ad meliorem *reddendam* suam mentem. Moribus sis affabilis, verbis urbanus. Est autem affabilitatis, affari eos, qui obvii sunt: urbanitatis autem verbis eosdem familiariter alloqui. *Suaviter*, *comiter* quidem habe in omnes, utere autem optimis. Sic enim aliis non odiosus eris, aliis verò amicus fies. Colloquia ne crebra facito, *instituito* cum iisdem, neque longa de iisdem. Satietas enim omnium. Exerce teipsum laboribus voluntariis, ut possis etiam necessarios sufferre, *tolerare*. Periphrasis. Ne tibi molestum sit longum iter ad eos facere, qui se aliquid utile docturos profitentur. Turpe enim est, cùm mercatores rei familiaris augendæ gratiâ tanta transmittant maria, adolescentes excolendi ingenii causâ nec terrestre iter velle suscipere. Moribus tuis adsit affabilitas, verbis autem urbanitas. Est autem affabilitatis obvios salutare: urbanitatis comiter eos appellare. Comis sis in omnes, sed familiariter utere optimorum utere. Sic aliorum inimicitias

visibis, aliorum tibi amicitiam conciliabis. Ne sæpius eosdem, neque verbosius iisdem de rebus alloquare. Est enim satietas omnium rerum. Exercitia laborum voluntariorum colito, ut par sis etiam eos, qui sunt necessarii, perferre.

Rat. expositi Græcism. Phrases, &c.

1. πορεύεσθαι μακρὰν ὁδὸν. Longam ire viam. 2. ἐπαγγέλλεσθαι διδάσκειν τι χρήσιμον. Est Græcismus. Profiteri se docere aliquid utile. Item; Profiteri scientiam aliquam, aut studium aliquod utile. 3. διαπερᾶν τὰ πελάγη. Transire vel transmittere maria. 4. πλείω ποιεῖν τὸν ἑαυτοῦ οἶκον. Est Græcismus. Augere rem familiarem, opes, facultates, &c. 5. νομίζειν τοὺς τῆν πατρίδα. Est Græcismus. Politiores enim Latini non dicunt *sustinere seditionem, vel pericula mutuata*, sed *servare*, vel *servatos iter facere*. 6. καθιέναι εἰς τὸ βέλτιον (scil. πρᾶγμα) τὸν διάνοιαν. Est Græcismus. Qui si de verbo ad verbum reddatur, apud Latinos erit *Barbarismus*. Barbarum enim est apud Latinos dicere, *constituere in melius* (scil. negotio) *ingenium*. Nam peritiores linguæ Latinæ viri *ingenium melius reddere*, ipse autem Tullius eloquentiæ parens, *excolere ingenium*, dicit. Unde ἐπανορθοῦν τι κάλλιον. Emendare, corrigere, melius efficere, reddere aliquid, recte dicitur. 7. φιλοπρόσοδον γίνεσθαι τοῦ ἤθους. Affabilem esse. 8. εὐπρόσοδον γίνεσθαι τῷ λόγῳ. Urbanum vel humanum esse. Nota, τοῦ ἤθους καὶ τῷ λόγῳ in sermone hic Latino omitti possunt sine ullo sensus detrimento. 9. προσφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας. Salutare obvios. 10. ἐπιγαλᾶν τινι οἰκείως τοῖς λόγοις. Comiter aliquem appellare. Blandis quempiam alloqui verbis. 11. Ἥκειν πρός τινα. Est Græcismus. Qui idem est ac Ἥκειν εἶναι πρός τινα. Nam adverbia græca sæpe ponuntur pro ipsis nominibus, à quibus descenderunt:

& verbum ἔχω eis adjunctum pro εἰμὶ usurpatur. Latinè dicitur, *Comem esse in aliquem*, &c. 12. χρῆσθαι τοῖς βελτίοσιν. Optimorum familiaritate uti. 13. Ἀπεχθῆ γίνεσθαί τινι. Invisum vel odio esse alicui. 14. φίλον γίνεσθαί τινι. Amicum esse alicui. Amicitiam alicujus conciliare sibi. 15. ποιεῖσθαι τὰς ἐντεύξεις, Est Græcismus. Qui de verbo ad verbum *facere interpellationes, alloquia*, vel *colloquia* significat, verè autem à Latinis, interpellare, alloqui, colloqui, &c. dicitur. 16. ποιεῖσθαί τινι τὰς ἐντεύξεις πυκνὰς καὶ μακράς. Sæpius ac verbosiùs aliquem alloqui. Vide supra pag 3. numerò 3. 17. περὶ τῶν αὐτῶν. Hic per ellipsin subintellige πραγμάτων. Iisdem de rebus, 18. γυμνάζειν ἑαυτὸν τοῖς πόνοις. Exercere se laboribus. Colere exercitia laborum. 19. ὑπομένειν τοὺς ἀναγκαίους πόνους Necessarios perferre labores.

Ὑφ' ὧν κρατεῖσθαι τῷ ψυχρῷ αἰσχρὸν, τούτων ἐγκράτειαν ἄζηλον πάντων, κέρδους, ὀργῆς, ἡδονῆς, λύπης. Ἔσῃ δ' οἷος ποιεῖτο, ἂν κέρδη μὲν εὖ νομίζῃς, δι' ὧν εὐδοκιμήσεις, ἀλλὰ μὴ δι' ὧν εὐπορήσεις. Τῇ ὀργῇ ἂν ἁπλοίσεως ἔχῃς πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας, ὥσπερ ἂν πρὸς σαυτὸν ἁμαρτάνοντα, καὶ τοὺς ἄλλους ἔχειν ἀξιώσεις. Ἐν ᾧ τῆς τερπνοῖς ἂν αἰσχρὸν ὑπολάβῃς, τοῦτ' μὲν οἰκετῶν ἄρχειν, τοῦτ' δὲ ἡδοναῖς δουλεύειν· ἐν ᾧ τῆς λυπηροῖς ἂν τοὺς τοῦτ' ἄλλων ἀπυχίας ὀνειδίσῃς, καὶ σεαυτὸν ὡς ἀνθρωπος ἂν, ὑπομιμνήσκῃς. Μᾶλλον τοίνυν τοὺς τοῦτ' λόγων, ἢ τοὺς τοῦτ' χρημάτων φρονιμωτέρους δεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἀνδρὸς τρόπον ὄρκῳ πιστεύειν φαίνεσθαι συμφέροντος. Περσήκειν γὰρ τοῖς πονηροῖς ἀπιστεῖν, ὥσπερ τοῖς χρηστοῖς πιστεύειν. Περὶ τοῦτ' ἀπορρήτων μηδενὶ λέγε, πλὴν ἐὰν ὁμοίως συμφέρῃ τοὺς πράξεις πιστεῦσαι σοί τε τὸ λέγοντι, καὶ ἐκείνοις τοῖς ἀκούσιν. Metaphrasis. A quibus teneri, vinci animum turpe, eorum imperium exerce omnium, lucri, iræ, voluptatis, tristitiæ. Eris autem talis, si lucra existimes, per quæ bene audies, sed non per quæ dives eris. Iræ autem si similiter

ter habeas te erga peccantes, ut erga teipsum peccantes etiam alios habere æquum censueris. In delectationibus, si turpe duxeris quidem famulis imperare, voluptatibus autem servire. In molestis autem si aliorum casus respexeris, & teipsum ut homo existens submoneas. Vel, quòd homo sis recordêris. Magis servâ verborum quàm pecuniarum deposita. Oportet enim bonos viros mores jurejurando fide digniores videri præbentes. Convenire pura improbis diffidere, *non credere*, quemadmodùm bonis credere, fidem habere. De arcanis nemini dicito, nisi pariter conducat illas actiones fieri tibique dicenti, & illis audientibus, vel qui audiunt. Periphrasis. Da operam, ut omnibus istis rebus imperes, quibus animum turpe servire est: cujusmodi sunt, lucrum, ira, voluptas, dolor. Hæc autem ita facies, ita consequêre, si ea in lucro deputes, quæ gloriam, non quæ opes augeant. In ira si talem te præbeas delinquentibus, quales in te delinquentem alios esse velles. In oblectationibus si turpe ducas servis imperare, voluptatibus verò servum esse. In rebus molestis, si calamitates aliorum inspicias, & te hominem esse memineris. Diligentiùs tuêre fidem, quàm nummos depositos. Nam bonorum virorum est ita se gerere, ut eorum integritas fide dignior, quàm jusjurandum esse videatur; vel ut eorum mores plus fidei mereantur, quàm dejerationes aliorum. Quemadmodùm improbis minùs credendum, sic bonis fidem habendam esse ducito. Arcana tua nemini credito; nisi res illas tacere æquè expediat etiam illis, qui audiunt, ac tibi dicenti.

Rat. expositi, Græcismi, Phrases, & Sententiæ

1. κρατεῖσθαι ὑπό τινος. Vinci ab aliquo. Inferiorem esse aliquo. Servire alicui. 2. κρατεῖσθαι ὑπὸ τῆς κέρδους. Inhiare lucro. &c. 3. κρατεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Servire voluptati. Sententia. Ἀνὴρ δὲ τῷ ψυχῷ

ψυχῇ ἔνο τῆς ἡδονῆς κρατεῖσθαι. Turpe est animum voluptatibus deditum esse. &c. 4. Ἀσκεῖν τὴν ἐγκράτειαν. Est Græcismus. Imperare alicui rei. vide supra pag. 3. numero 3. 5. Ἀσκεῖν ἐγκράτειαν τῆς ὀργῆς. Imperare iræ. Continere se ab ira. 6. Ἀσκεῖν ἐγκράτειαν τ ἡδονῆς. Imperare voluptatibus. Sententia. Καλὸν τὸ τὴν ἐγκράτειαν ἀσκεῖν πάντων, ὑφ' ὧν τὴν ψυχὴν κρατεῖσθαι αἰσχρόν. Pulchrum est imperare omnibus iis rebus, quibus animum turpe fuerit servire. 7. Νομίζειν ταῦτα κέρδη εἶναι, δι' ἃ ἄν τις ἐνδοξάσειε. Deputare ea in lucro, quæ alicui gloriam pariant, vel, quæ alicujus gloriam augeant. 8. Ἁπλοῦς ἔχειν πρὸς τὸς ἁμαρτάνοντας, ὥσπερ ἄν τις πρὸς ἑαυτὸν ἁμαρτάνοντα καὶ τὸς ἄλλους ἔχειν ἀξιώσειε. Est Græcismus. Quem verâ latinitate ira donamus. Talem esse in delinquentes, talem se præbere delinquentibus, quales in se delinquentem alios quispiam esse velit. Item: Eo esse animo in delinquentes, quo alios in se delinquentem quispiam esse velit. 9. Ἄρχειν τῶν οἰκετῶν. Imperare servis. Imperium exercere in servos. 10. Δουλεύειν τ ἡδοναῖς. Servire, deditum esse voluptatibus. Sententia. Αἰσχρὸν μὲν τῶν οἰκετῶν ἄρχειν, τ δ' ἡδοναῖς δουλεύειν. Turpe est in servos imperium exercere, voluptatibus autem servire. 11. Ὁπβλέπειν τὰς τῶν ἄλλων ἀτυχίας. Inspicere aliorum calamitates, &c. 12. Ὑπομιμνήσκειν ἑαυτὸν ἄνθρωπον εἶναι. Recordare se hominem esse. Nota. Σεαυτὸν ὡς ἄνθρωπ ὢν ὑπομιμνήσκης.) ὡς ἄνθρωπος ὢν hîc ponitur, vel per antiptôsin pro ὡς ἄνθρωπον ὄντα, vel per enallagen, pro ὡς ἄνθρωπ εἰ. 13. Τηρεῖν τὰς παραταθήκας τῶν λόγων. Tueri depósita verborum. Tueri, servare fidem. 14. Τηρεῖν τὰς παρατεθήκας τῶν χρημάτων. Tueri depósita nummorum, vel depósitos nummos. 14. παρέχεσθαι τ τρόπον ὅρκε πιστότερον. Præbere mores jure jurando fide digniores. Pro: Ita se gerere, ut integritas fide dignior sit, quàm jusjurandum. 16. Ἀπιστεῖν τοῖς πιστοῖς. Non habere fidem improbis. προσήκει ἀπ-

σεῖν τοῖς πονηροῖς. Non credendum est improbis. Non adhibenda est fides improbis. 17. πρέπει πιστεύειν τοῖς χρηστοῖς, Credendum est, vel adhibenda est fides bonis. 18. λέγειν δεῖ τῶν ἀπορρήτων. Dicere, credere, item, prodere arcana. Sententia. μηδενὶ δεῖ λέγειν δεῖ τῶν ἀπορρήτων. Arcana nemini sunt credenda. 10. Σιωπᾶν τὰς πράξεις. Tacere, vel silentio præterire res &c.

Ὅρκον ἐπακτὸν πρόσδεχε διὰ δύο πρόφασιν· ἢ σαυτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς ἀπολύων, ἢ φίλους ἐκ κινδύνων διασώζων. ἕνεκα δὲ χρημάτων μηδένα ἄκριτον ὄμοσης, μηδ' ἂν ἐνορκεῖν μέλλῃς· δόξεις γὰρ τοῖς μὲν ἐπιορκεῖν τοῖς δὲ φιλοχρήματος ἔχειν. Μηδένα φίλον ποιοῦ, πρὶν ἂν ἐξετάσῃς, πῶς κέχρηται τοῖς πρότερον φίλοις. ἔλπιζε γὰρ αὐτὸν τοιοῦτον ἔσεσθαι περὶ σὲ, οἷος καὶ περὶ ἐκείνους γέγονε. Βραδέως μὲν φίλον γίνου, γενόμενος δὲ πιστὸν διαμένειν. Ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν μηδένα φίλον ἔχειν, καὶ πολλοὺς ἑταίρους μεταλλάττειν. Μήτε μὴ βλάβης πειρῶ τῶν φίλων, μήτε ἄπειρος εἶναι τῶν ἑταίρων θέλε. τοῦτο δὲ ποιήσεις, ἂν μὴ δέῃ σε τὸ δεῖσθαι προστοιῇ. Περὶ τῶν ῥητῶν ὡς ἀπορρήτων ἀνάκρινε. Μὴ τυχὸν μὲν γὰρ οὐδὲν βλαβήσῃ· τυχὸν δὲ καὶ μᾶλλον τὸ τρόπον αὐτῶν ἐπιγνώσῃ. Ἀχίλλας τοὺς φίλους ἐκ τε τοῦ πρὸς τὸ βίον ἀπιέναι, καὶ τὸ ἐν τοῖς κινδύνοις κοινωνεῖν. Τὸ μὲν χρεωστεῖν ὂν τῷ σπεύδοντι δημεύομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν τῷ ἀτυχεῖν διαγινώσκομεν. Metaphrasis. Jusjurandum postulatum suscipe propter duas causas, vel ipsum crimine turpi absolvens, vel amicos è periculis servans. Causâ verò pecuniarum nullum Deum juraveris, neque si sanctè juraturus sis: videberis enim aliis quidem pejerare, aliis verò avarè te habere. Neminem amicum facito, priusquam exquisiveris, quomodò usus fuerit prioribus amicis. Spera enim ipsum, & erga te fore talem, qualis & erga illos fuit. Tardè amicus fias, factus autem constanter permanere. Neque enim turpe nullum amicum habere, & multos (pro multorum) sodales mutare. Neque cum

cum damno explora amicos, neque ignarus esse sodalium velis. Hoc autem facies, si non egens egere te simules. De apertis ut arcanis, vel, de dicendis ut tacendis communica. Non adeptus, *frustatus* enim nihil damni accipies, compos autem voti magis mores eorum noſces. Proba amicos è-que circa vitam calamitate, & in periculis ſocietate. Nam aurum inigne probamus, amicos autem in calamitatibus dignoſcimus. Periphraſis. Juſjurandum, ſi poſtulabitur, duabus de cauſis dabis, vel ut temet ipſum è turpi crimine liberes, vel ut amicos è periculis eripias. Pecuniæ verò cauſâ per nullum Deum jurabis, etiam ſi liquidò id facere poſſis: ne aliis perjurus, aliis avarus eſſe videaris. Amicitiam cum nemine jungito, priuſquam exploraveris, quomodò prioribus amicis fuerit uſus. Sperabis enim eum in te quoque talem fore, qualem erga illos ſeipſum præbuerit. Amicitiam ſenſim contrahito, contractam verò ſemper conſervare ſtudeto. Nam ſubinde mutare familiaritates non minùs turpe eſt, quàm amicum habere neminem. Neque cum damno fidem amicorum explora, neque ſodalium animos velis ignorare. Quod ita facies, ſi egere te ſimulâris, cùm minimè egeas. Communicato cum eis res non arcanas, tanquam arcanas. Nam & deceptus nihil detrimenti capies, & voti compos factus mores eorum perſpectiores habebis. Amicos cùm in vitæ calamitate, tum in periculorum ſocietate cognoſces. Nam ut aurum igni exploratur, ſic amicorum fides in rebus adverſis declaratur.

Græciſmi, Phraſes, &c.

1. Ὅρκον ἐπακτὸν προσδέχεσθαι. Juſjurandum, cùm poſtulatur, dare. Juſjurandum delatum ſuſcipere. 2. Ἀπολύειν ἑαυτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς. Liberare ſe turpi crimine. 3. Διασώζειν τοὺς φίλους ἐκ κινδύνων. Eripere amicos è periculis. Ὀμόσαι ἐπὶ δεῖνα. Eſt græciſmus. Quem Latini pariùs imitantur. Raro enim dicunt

cunt: jurare Deum. Sed *jurare per Deum.* Item: *Obtestari, appellare Deum.* 5. Δόκιον ὀπιορκεῖν. Videri perjurum esse. 6. φιλοχρημάτους ἔχειν. Est Græcismus. Idem est, quod φιλοχρήματον εἶ). Avarum esse. Cupidum esse pecuniæ. 7. ποιεῖν τινα φίλον. Facere aliquem amicum. Amicitam cum aliquo jungere. 8. χρῆσθαι τοῖς φίλοις. Uti amicis. 9. τοιοῦτον γίνεσθαι περί τινα. Talem esse in aliquem. Talem se præbere erga aliquem. Eo esse animo: ita esse affectum in aliquem. 10. Βραδέως γίνεσθαι φίλον. Sensim fieri amicum. Amicitiam contrahere sensim. 11. Διαμένειν φίλον. Permanere amicum. Amicitiam conservare. 12. μηδένα ἔχειν φίλον. Neminem habere amicum. 13. πολλὰς ἑταίρους μεταλλάττειν. Est Græcismus. Qui idem est, quod πολλάκις μεταλλάττειν τὰς ἑταίρους. Nam ut sæpe adverbia ponuntur pro nominibus; sic nomina usurpantur pro adverbiis. Sæpius mutare sodales. Subinde mutare familiaritates. 14. πειρᾶσθαι τῶν φίλων. Tentare amicos. Explorare fidem amicorum. 15. ἀπιστεῖν εἶ) τοῖς ἑταίροις. Ignorare amicos, vel amicorum animos. 16. περιποιεῖσθαι τὸ δεῖσθαι. Est Græcismus. Idem est, quod περιποιεῖσθαι τινὰ ἔνδειαν. Infinitivus enim apud Græcos, quod quandoque etiam fit apud Poëtas Latinos, ponitur pro nomine substantivo. *Simulare* egestatem. *Simulare* se egere. 17. Ἀναχοινοῦσθαι περὶ τῶν ῥητῶν ὡς ἀπορρήτων. Res non arcanas communicare ut arcanas. 18. Οὐδὲν βλάπτειν. Nihil nocere. οὐδὲν βλάπτεσθαι. Nihil detrimenti capere. 19. Δοκιμάσασθαι τὸν φίλων τρόπον. Perspectos habere amicorum mores. 20. Δοκιμάζειν τοὺς φίλους ἐν τῷ περὶ τὸ ζῆν ἀτυχίας. Cognoscere amicos in vitæ calamitate. Probare amicos in rebus adversis. 21. Δοκιμάζειν τὸ χρυσίον ἐν τῷ πυρί. Explorare aurum igni. 22. Διαγινώσκειν τοὺς φίλους ἐν τῇ ἀτυχίαις. Perspicere fidem amicorum in periculis, in rebus adversis.

Οὕτω δ' ἂν μάλιστα χρήσῃ τοῖς φίλοις, ἂν μὴ περιμένῃς τὰς παρ' ἐκείνων δεήσεις, ἀλλ' αὐτὸς προλαμ-

ὲν

ὧν τοῖς καιροῖς αὐτοῖς βοηθῆς. Ὁμοίως γὰρ ἀνιχεῦν νόμιζε δεῖν ἐχθρῶν νικᾶσθαι τὴν κακοποιίαις, καὶ δεῖν φίλων ἡττᾶσθαι τὴν εὐεργεσίαις. Ἀποδέχου δεῖν ἑταίρων μὴ μόνον τὰς ὑπὲρ τοῖς κακοῖς συνεχφαίνοντας, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑπὲρ τοῖς ἀγαθοῖς μὴ φθονοῦντας. πολλοὶ μὲν γὰρ ἀτυχοῦσι τοῖς φίλοις συνάχθονται, καλῶς δὲ πράττουσι φθονοῦσι. Τῶν ἀπόντων φίλων μέμνησο πρὸς τοὺς παρόντας, ἵνα δοκῇς μηδὲ τούτων ἀπόντων ὀλιγωρεῖν. Ἕτερα τὰ περὶ τὸν ἐδῶτα φιλόκαλον, ἄλλα μὴ καλλοπιστής· ἔστι γὰρ φιλοκάλου μὲν τὸ μεγαλοπρεπὲς, καλλοπιστοῦ δὲ, τὸ περίεργον. Ἀγάπα δεῖν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν μὴ τὸν ὑπερβάλλουσαν κτῆσιν, ἀλλὰ τὸν μέτριον ἀπόλαυσιν. Καταφρόνει δεῖν περὶ τὸ πλεῖστον σπουδαζόντων, χρῆσθαι δὲ τοῖς ὑπάρχουσι μὴ δυναμένων. πλησίον γὰρ οἱ τοιοῦτοι πάσχουσιν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἵππον κτήσαιτο καλὸν κακῶς ἱππεύειν ὀκνοίη. Περιεῦ δὲ τὸ πλεῖστον χρήματα καὶ κτήματα καλασκευάζειν. Ἔστι δὲ χήματα μὲν τοῖς ἀπολαύειν ὀκνοῦσιν· κτήματα δὲ τοῖς χρῆσθαι δυναμένοις. Τίμα τὸν ὑπάρχοντα ὐσίαν δυοῖν ἕνεκα, τοῦ τε ζημίαν μεγάλην ἐκτῆσαι, καὶ τοῦ φίλου σπουδαίου δυσυχοῦντι βοηθῆσαι. Πρὸς δὲ τὸ ἄλλον βίον μηδὲν ὑπερβαλλόντως, ἀλλὰ μετρίως αὐτὸν ἀγάπα. Στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βελτίω. Metaphr. Sic autem optimè uteris amicis, si non expectes ab illis preces, sed ultrò promittens in temporibus ipsis opituleris. Aequè enim turpe puta inimicorum vinci maleficiis, & amicorum superari beneficiis. Proba sodalium non solùm in malis *tuis* dolentes, sed etiam in bonis *tibi* non invidentes. Multi enim infoelicibus amicis condolent, bene autem rem gerentibus invident. Absentium amicorum mentionem fac apud præsentes, ut videaris neque ipsos absentes negligere. Esse velis *quoad* ea, quæ circa vestitum *sunt*, elegans, at non nimis studiosus elegantiæ. Est enim elegantis quidem magnificum, nimiùm studiosi elegantiæ verò superfluum. Ama præsentium bonorum non excedentem possessionem, sed moderatum usum. Desice

eos, qui circa divitias ſtudent, uti verò præſentibus non poſſunt. Simile enim tales patiuntur, ac ſi quis equum emerit bonum, malè equitare ſciens. Conare divitias pecunias & poſſeſſiones parare, *efficere*. Sunt autem pecuniæ frui ſcientibus: poſſeſſiones verò uti valentibus. In pretio habe præſentem ſubſtantiam duorum cauſâ. & mulctam magnam ſolvendi, & amico bono periclitanti auxiliandi. Quoad reliquam autem vitam, nihil ſupra modum, ſed mediocriter eam ama. Ama quidem præſentia, quære autem meliora. Periphr. Hoc autem modo rectiſſimè tractabis amicos, ſi non expectes, dum te rogent, ſed ultrò, cùm tempus poſtulat, eis opem feras. Non minùs turpe ducas ſuperari beneficiis amicorum, quàm vinci maleficiis inimicorum. Eos fraba amicos, quibus non tantùm mala tua doleant, ſed qui etiam bonis tuis non invideant. Multi enim ut rebus amicorum adverſis dolent, ita ſecundis invident. Amicorum, qui abſunt, mentionem facito apud eos, qui præſentes ſunt, ut videaris neque eos, dum abfuerint, neglecturus eſſe. In veſtitu fac ornatum probes, luxum repudias. Habet autem ornatus magnificentiam, luxus redundantiam. Ama bonorum non ingentem cumulum, ſed moderatum fructum. Contemne eos, qui amplificandæ rei ſtudent, partis autem uti neſciunt. Iſtis enim idem fere accidit, quod ei, qui bonum paravit equum non ſatis equitandi peritus. Da operam, uc divitiæ & uſui, & fructui tibi ſint. Sunt autem iis, qui frui ſciunt, uſui: iis verò, qui uti ſciunt, fructui. Rem familiarem duabus de cauſis magnifacito, tum ut magnam mulctam ſufferre, tum ut bono amico ferre opem in calamitate poſſis. Quod autem ad reliquas vitæ rationes attinet, non ſupra modum eam, ſed mediocriter ama. Iis, quæ adſunt, contentus eſto, quære tamen res meliores.

Eræciſmi

Græciſmi, Phraſes, &c.

1. Ἄριστα χρῆσθαι τοῖς φίλοις. Amicis optimè uti. Rectiſſimè tractare amicos. 2. περιμένειν τὰς παρὰ τῶν φίλων λήψεις. Expectare precationes ab amicis. Pro, Expectare dum amici rogent. 3. ἐν τοῖς καιροῖς. Græciſm. In tempore. Dum tempus poſtulat. 4. Αὐτεπάγγελτον βοηθεῖν τοῖς φίλοις. Græciſm. Spontaneum, ultroneum, pro ſponte, ultrò amicis opem ferre: auxilio eſſe. 5. Νικᾶσθαι τῶν τῶν ἐχθρῶν κακοποιΐαις. Inimicorum vinci maleficiis. 6. Ἡττᾶσθαι τῶν τῶν φίλων εὐεργεσίαις. Superari beneficiis amicorum. 7. Δυσχεραίνειν ὑπὲρ τοῖς κακοῖς. Dolere malis. 8. Συνάχθεσθαι τοῖς ἀτυχοῦσι φίλοις. Condolere amicis in calamitate verſantibus. Dolere adverſis amicorum rebus. Dolere vicem amicorum in rebus adverſis. 9. φθονεῖν τοῖς φίλοις, τοῖς καλῶς πράττουσι. Invidere amicis ſecundâ fortunâ utentibus. Invidere ſecundis amicorum rebus. 10. Ἀτυχεῖν. Infoelicem, miſerum eſſe. In miſeriis & calamitatibus verſari. 11. καλῶς πράττειν. Græciſm. Foelicem eſſe. Proſperâ uti fortunâ. 12. μιμνήσκεσθαι τῶν ἀπόντων φίλων. Mentionem facere amicorum abſentium. 13. Ὀλιγωρεῖν τῶν φίλων. Negligere amicos. 14. φιλόκαλον εἶναι τὰ περὶ τὸν ἐσθῆτα. Pro, κατὰ τὰ περὶ τὸν ἐσθῆτα ὄντα, vel ἐν τῇ ἐσθῆτι. Græciſm. Elegantem eſſe veſtitu. Ornatum probare in veſtitu. 15. Ἀγαπᾶν τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν τὸν ὑπερβάλλουσαν κτῆσιν ἢ τὸν μείζονα ἀπόλαυσιν. Amare bonorum ingentem cumulum, vel moderatum fructum. 16. καταφρονεῖν τῶν περὶ τὸν πλοῦτον σπουδαζόντων. Deſpicere, contemnere eos, qui cumulandis opibus, coacervandis divitiis vel amplificandæ rei ſtudent. 17. σπουδάζειν περὶ τὸν πλοῦτον. Græciſm. Studere opibus cumulandis, &c. 18. χρῆσθαι τοῖς ὑπάρχουσι. Uti partis. 19. κτήσασθαι καλὸν ἵππον. Parare, emere bonum equum. 20. ἐπίστασθαι ἱππεύειν. Scire equitare. Peritum

tum esse equitandi. 21. καταζευάζειν τ πλῆτον χρήματα κ) κτήματα. Parare divitias usui & fructui, vel ut sint usui & fructui. Item: Sic administrare rem familiarem, ut eam & possidere queamus, & uti eâ possimus. 22. Ἀπολάυειν κ) χρῆσθαι τῷ πλύτῳ. Frui & uti divitiis. Nota. Discrimen inter χρῆσθαι & ἀπολαύειν uti & frui hoc pleriqué constituunt, ut alterum magis ad necessitatem, alterum ad voluptatem referatur: frui nos aliquâ re sine respectu ad alia commoda, ut amicorum colloquio, jocis, voluptatibus: uti propter aliud, ut libro discendi gratiâ: medicinâ sanitatis restituendæ causâ. Cicero tamen utrumque sæpe conjungit, & modò hoc, modò illud præponit, ut est in loquendo liber, & minimè superstitiosus. 23. πολλῶν τιμῶν ὑπάρχουσαν οὐσίαν. Magnificare rem familiarem. 24. Βοηθεῖν τῷ φίλῳ. Opem ferre, auxiliari amico. 25. ἕνεκα τ βοηθῆσαι. Græcism. Causâ auxiliandi. Gratiâ opem ferendi. Quia infinitivis, cum articulo genitivi casûs addito ἕνεκα, vel etiam sine eo, Græci utuntur iis locis, quibus Latini Gerundiis in di, &c. 26. ἀγαπᾶν τ βίον μηδὲν ὑπερβαλλόντως. Non supra modum amare vitam. Nota. μηδὲν nihil eleganter cum adverbiis pro οὐ, οὐκ vel οὐχ ut hoc loco usurpatur. 27. στέργειν τὰ παρόντα. Contentum esse suâ sorte, vel præsenti rerum statu. 28. Ζητεῖν τὰ βελτίω. Quærere res meliores, Cic.

Μηδενὶ συμφορᾶν ὀνειδίσῃς· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη· κ) τὸ μέλλον ἀόρατον. Τὸς ἀγαθὸς εὖ ποίει. καλὸς γὰρ θησαυρὸς οὗτος ἀνθρώπῳ σπουδαίῳ χάρις ὠφειλομένη. Τὸς κακὸς εὖ ποιῶν, ὅμοια πάσχει τοῖς τὰς ἀλωπεκίας κύνας σιτίσασιν. Ἐκεῖναί τε γὰρ τὸς διδόντας, ὥσπερ τὸς τυχόντας ὑλακτοῦσιν· ὅτε τε κακοὶ τὸς ὠφελήσαντας, ὥσπερ τὸς κλάπτοντας ἀδικοῦσι. Μίσει τὸς κολακεύοντας ὥσπερ τὸς ἐξαπατῶντας. Ἀμφότεροι γὰρ πιστευθέντες τὸς πιστεύοντας ἀδικοῦσιν. Ἐὰν ἀποδέχῃ πᾶν φίλων τὸς πρὸς τὸ φαυλότατόν σοι χαριζομένους, οὐχ ἕξεις ἐν τῷ βίῳ τὸς πρὸς τὸ βέλτιστον ἀπεχθανομένους.

μένους. Metaphr. Nulli calamitatem exprobraveris: communis enim fortuna *est*, & futurum incertum. Bonis benefac; pulcher enim thesaurus *est* apud virum bonum gratia debita. Malis benefaciens similia patieris alienos canes pascentibus. Illi namqué dantes, ut obvios quosqué allatrant: malique juvantes *se* ut lædentes injuriâ afficiunt. Odio habe adulantes tanquam decipientes. Utriqué enim crediti, pro *si qui ipsis credant*, credentes lædunt. *Si* acceperis amicorum in nequissimo tibi gratificantes, non habebis in vita propter optimum odium tuum suscipientes. Periphr. Nemini calamitatem exprobes. Fortunæ enim dominatus per omnes pervagatur: & quid sequatur, sciri non potest. Cic. Bonis benefacito, præclarus enim thesaurus est apud virum bonum beneficium collocatum. Si malis beneferis, idem tibi usu veniet, quod illis, qui alienos canes pascunt. Nam & hi æquè allatrant eos, qui bene de ipsis merentur, quàm eos, qui iis nocent. Assentatores non minùs oderis, quàm impostores. Nam utriqué lædunt eos, qui illis fidem habent. *Si* eos amplectaris amicos, qui tibi nequissimis in rebus gratificantur, vix ullos per omnem ætatem habebis, qui tuum odium, propter res optimas, suscipere velint.

Rat. expos. Græcism. Phrases, Sententiæ.

1. Ὀνειδίζειν τινὶ τὰ συμφορᾶν. Exprobrare alicui calamitatem. Insultare alicui in calamitate. 2. Εὖ ποιεῖν τοὺς ἀγαθούς. Beneficio afficere bonos, &c. 3. Τοὺς κακοὺς εὖ ποιῶν,) Si malis *bene feceris* expostulmus. Participia enim sæpe sunt inepta in sermone latino. Proinde rectiùs periphrasi quâdam, per verbum subjunctivum, præcedente conjunctione si &c. redduntur. 4. Ὅμοια πείσῃ τοῖς τοὺς &c.) Est Græcismus. Quem rectè latinè non *similia patieris iis* &c. Sed *idem tibi usu veniet*, vel *accidet*, *quod illis*. *Eodem modo tractaberis, quo illi*. *Eo modo secum agetur, quo cum illis*, &c.

Πάσχω

Πάσχω enim verbum est generale & quamlibet affectionem sive bonam, sive malam, sive jucundam, sive molestam significat: Proinde non ineptè his vertitur modis. 5. Εὖ ποιεῖν τὸς κακῶς. Bene mereri de malis. &c. 6. μισεῖν τὸς κολακεύοντας καὶ ἄλαζονευομένους. Odisse vel odio habere adulatores & impostores. Nota. Participia Græca à Latinis eleganter sæpe redduntur per Nomina, ut hoc loco. 7. Ἀμφότεροι γὰρ πιστεύοντες.) Hîc particip. πιστεύοντες non possumus commodè nisi per ambages exprimere, ut ἐάν τις πίστιν αὐτοῖς. Si quis fidem habuerit eis. 8. ἀδικεῖν τὸς πιστεύοντας. Lædere eos, injuriam facere iis, qui fidem adhibent. 9. ἀποδέχεσθαι τὸς πρὸς τὸ φαυλότατον χαιζομένους. Amplecti eos, qui nequissimis in rebus gratificantur. 10. χαρίζεσθαι πρὸς τὸ φαυλότατον. Pro, ἐν τοῖς φαυλοτάτοις πράγμασι. Gratificari, favere, obtemperare in vilissimis rebus; ut sunt, turpium voluptatum ministeria, meretricum, lenonum, aleatorum, compotorum, denique adulatorum & assentatorum. 11. σχ. ἔξεις ἐν τῷ βίῳ τὸς πρὸς τὸ βέλτιστον ἀπεχθανομένους scil. σοί.) Hic ἀπεχθανομένους σοὶ, pro οἱ τινες βέλοιντό σοι ἀπεχθάνεσθαί σοι, accipitur. Qui propter admonitionum severitatem odium tuum suscipere non recusent. &c. Hinc Phrasis. Ἀπεχθάνεσθαί τινι πρὸς τὸ βέλτιστον, pro ἕνεκα τοῦ βελτίστου. Suscipere alicujus odium propter res optimas. Repugnare alicui, & cum increpatione ad id, quod optimum, est deducere. Item. Invisum se reddere alicui propter utilitatem ejus, vel ad virtutem eum horrando. &c.

Γίνου πρὸς τὸς πλησιάζοντας ὁμιλητικὸς, ἀλλὰ μὴ σεμνός. Τῶν μὲν γὰρ τὸ ὑπερφυὲς ὄγκον μόλις ἂν οἱ πολλοὶ καρτερήσειαν· τὸ δὲ ὁμιλητικὸν ἡδέως πάντες ἀποφέρουσιν. Ὁμιλητικὸς δ' ἔσῃ, μὴ δύσκολος ὢν, μηδὲ πρὸς πάντα φιλόνεικος, μηδὲ πρὸς τὸς μὴ πλησιάζοντας ὀργὰς ἀπαχέως ἀπάντων, μηδ' ἂν ἀδίκως ὀργιζομένοις τυγχάνωσιν· ἀλλὰ δυσκολαίνουσι μὲν αὐτοῖς ἴκανῶς, πικραινόμενος δὲ τὸ ὀργῆς, ὑπερβάλλων. Μηδὲ πρὸς

τὰ

τὰ γελοῖα σπουδάζων, μηδὲ περὶ τὰ σπουδαῖα τῆς γελοίοις χαίρων. Τὸ γὰρ ἀκαιρον παντα χοῦ λυπηρόν. Μηδὲ τὰς χαίρας ἀχαρίστως χαιρίζόμενος, ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοί, ποιοῦντες μὲν εὖ, ἀηδῶς δὲ τοῖς φίλοις ὑπηρετοῦντες. Μηδὲ φιλαίτιος ὢν, βαρὺ γὰρ. μηδὲ φιλεπίπληκτος, παροξυντικὸν γάρ. Μάλιστα μὲν εὐλαβοῦ τὰς ἐν τοῖς πότοις συνουσίας, ἂν δέ ποτέ σοι συμπίπτῃ χαιρεῖν, ἐξανίστασο πρὸ μέθης. Ὅταν γὰρ ὁ νοῦς ὑπὸ οἴνου διαφθαρῇ, ταυτὰ πάσχει τῆς ἅρματι, τῆς τοὺς ἡνιόχους ἀποβάλλουσιν. Ἐκεῖνά τε γὰρ ἀτάκτως φέρεται διαμαρτάνοντα τῶν εὐθυνόντων, ἥ τε ψυχὴ πολλὰ ζφάλλεται, διαφθειρόμενη τῆς διανοίας. Metaphr. Sis in adeuntes te comis, ac non superbus. Horum enim (scilicet *superborum*) superbam fastidiosamque arrogantiam vix servi toleraverint: illorum autem affabiles mores, *affabilitatem* omnes jucundè, *libenter* ferunt. Comis autem eris non contentiosus existens, neque morosus, neque in omnibus adversator, neque contra iras, (*pro iræ*) familiarium asperè occurrens, neque si injustè irati fuerint: sed iratis ipsis cedens, sedatos verò ab ira increpans. Neque circa ridicula seria agens, neque circa seria ridiculis gaudens. Nam intempestivum ubique molestum. Neque beneficia ingratè, *molestè* gratificans, *præstans*, quod multi patiuntur, facientes quidem bene, gravatim tamen amicis inservientes. Neque cupidus accusator existens, grave enim *est*: neque proclivis ad objurgandum, irritat enim. Maximè quidem cave in conviviis congressus, si verò aliquando tibi contigerit occasio, surge ante ebrietatem. Cùm enim anima à vino depravata fuerit, eadem patitur curribus (pro *cum curribus*) aurigas abjicientibus. Illiqué enim inordinatè feruntur carentes rectoribus, animaqué multa peccat corruptâ mente. Periphr. Comis erga eos esto, qui te conveniunt, non superbus. Nam fastidium & arrogantiam vel servi dominorum ægrè ferunt: comitas verò grata & jucunda est omnibus. Sunt autem comitatis officia non contentiosum esse, non morosum, non omnibus in

rebus adversatorem: familiarium iræ non asperè resistere, quamvis nulla de causa irascantur, sed eis, dum commoti fuerint cedere, ac ubi ira deferbuerit, eos objurgare. Non in ridiculis res serias agere, neque seriis in rebus nugis gaudere. Intempestiva enim ubique molesta sunt. Non beneficia cum fastidio conferre, quo vitio multi laborant, qui etsi amicis obsequuntur, gravatim tamen id faciunt. Non facilè incusare, nam odiosum est: non ad reprehendendum proclivem esse, nam iratos facit. Conviviorum vitare sodalitates consultissimum certè fuerit. Sed si quando tempus postulârit, surgito ante ebrietatem. Cùm enim mens vino obruitur, idem ei quod curribus evenit, è quibus Aurigæ excussi sunt. Nam ut hi temerè feruntur carentes gubernatoribus, sic animus in multa delicta impellitur mente subversâ.

Rat. expos. Græcism. Phrases, &c.

1. Δύσεις εἶ). Contentiosum esse. Amantem esse jurgii. Jurgio sæpe contendere. 2. Δυσάρεσον εἶ). Morosum, implacabilem, inexorabilem esse. 3. πρὸς πάντα φιλόνεικον εἶ). Græcis. Omnibus in rebus adversari. Nota. Ut præpositio πρὸς cum suo accusativo apud latinos rectè in præposit. *in* & *ablativum* vertitur: ita etiam πρὸς cum accusativo constructa eleganter sæpe apud eosdem in præposit. *in* & *ablativ.* mutatur. 4. Ἰσαχέως ἀπαντᾶν πρὸς τὰς τῶν φίλων ὀργάς. Græcism. Asperè resistere familiarium iracundiæ. Acerbè invehi in amicos iratos. Nota. In priori expositione hîc præpositio πρὸς cum suo accusativo τὰς ὀργὰς in dativum mutatur. Quia verbum latinum *resisto* dativum familiariter sibi adscisicit. 5 Ἀδίκως ὀργιζόμενον τυγχάνειν. Atticismus pro communi dialecto, ὀργίζεσθαι. Attici enim participiis & verbis substantivis, pro ipsis participiorum verbi utuntur. Injustè, nulla de causa irasci. 6. ἴκειν τοῖς δυσμενέσι φίλοις. Iratis cedere amicis. 7. ὁπλίτ-

πω

τειν τοῖς φίλοις. Objurgare, reprehendere amicos. 8. παύεσθαι τῆς ὀργῆς. Græciſm. Deſinere irasci. 9. Σπουδάζειν περὶ τὰ γελοῖα. Græc. In ridiculis res ſerias agere. Id eſt, in ludicris rebus ſeveritate uti. 10. χαίρειν τοῖς γελοίοις περὶ τὰ σπουδαῖα. Græciſm. vide pag. 8. numero 3. In rebus ſeriis gaudere nugis. 11. χαρίζεσθαι τὰς χάριτας ἀχαρίστως. Atticiſmus. Cum moleſtia bene facere. Ingrato animo beneficia conferre, &c. 12. Ἀνδῶς ὑπουργεῖν τοῖς φίλοις. Non libenter inſervire, vel operam navare amicis. 13. φιλαίπον ἐστί. Facilem eſſe ad incuſandum. Facilè incuſare. 14. φιλεπιμπτὸν ἐστί. Proclivem eſſe ad reprehendendum, &c. 15. εὐλαβεῖσθαι τὰς ἐν τοῖς πότοις συνουσίας. Cavere congreſſus in conviviis. Vitare ſodalitates conviviorum. Abſtinere compotationibus. 16. Ἐξανίσασθαι περὶ μέθης ἐν τοῖς πότοις. Surgere ante ebrietatem in convivio. 17. διαφθείρεσθαι ὑπὸ οἴνου. Obrui vino. 18. ἀποβάλλειν τοὺς ἡνιόχους. Excutere, abjicere aurigas: & rectiſſimè, *amittere aurigas*. Nam ἀποβάλλειν ſæpe pro ἀπολέσαι ſumitur: ut ἀποβεβληκέναι τοὺς ὀδόντας ἢ τὰ πατρῷα. Amiſiſſe dentes aut patrimonium, &c. 19. ἀτάκτως φέρεσθαι. Temerè, ſine ordine ferri, ruere. 20. διαμαρτάνειν τοῦ εὐθυνόντων. Pro, μὴ ἔχειν τοὺς εὐθύνοντας. Græciſm. Carere Gubernatoribus. Deſtitui Rectoribus. 21. πολλὰ σφάλλεσθαι. Pro, πολλάκις, vel ἐν πολλοῖς πταίσμασι. Græciſm. Sæpius labi. In multis delinquere. In multa impelli delicta. 22. Nota. Ἐκεῖνά τε &c. ἢ τε ψυχὴ &c. τε τε hic ut ſæpe alibi, comparativè ſumuntur. Quare rectè per *ut* & *ſic* exponuntur.

Ἀθάνατα μὲν φρονεῖ τὸ μεγαλόψυχον ἐστί· θνητὰ δὲ τὸ συμμέτρως τοῖς παροῦσιν ἀπολαύειν.

Hæc verba vix poſſunt latinè ſatis commodè verti. Quidam ea per Metaphraſin ita reddunt. *Immortalia quidem ſapere eo, quod eſt magnanimum eſſe: mortalia verò præſentibus moderatè fruendo.* Alii purant ea ita vertenda eſſe, ac ſi Græcè ſcriptum eſſet: Μεγαλόψυχον ἐστι

ἔσο ὡς ἀθάνατος, συμμίξεως ἧς ὑπαρχόντων ἀπόλαυε ὡς θνητός. Magnanimus esto tanquam immortalis, re tuâ familiari utere tanquam immortalis. Wolfius ea hunc in modum latinè reddidit Immortalitatem specta magnitudine animi, mortalitatem moderato rerum usu. Rudolphus Agricola hoc modo vertit: Immortalia sentias magnitudinem animi præ te ferendo, &c.

Græcism. Phrases, &c.

1. Φρονεῖν ἀθάνατα. Spectare immortalitatem 2. μεγαλόψυχον εἶναι. Magnanimum esse. 3. φρονεῖν θνητὰ τῆς συμμίξεως ἧς ὑπαρχόντων ἀπολαύειν. Græcismus. Mortalitatem spectare, sectari moderato rerum usu. Id est, moderatè utifacultatibus, ut mortalem decet.

Ἡγοῦ τὸ παιδείας πόνου μεῖζον ἀγαθὸν εἶναι τῆς ἀπαιδευσίας, ὅσῳ τὰ μὲν ἄλλα μοχθηρὰ πάντες κερδαίνοντες φεύγουσιν, αὕτη δὲ μόνη καὶ φεύγειν ζημιοῖ τοὺς ἔχοντας. Πολλάκις γὰρ ὧν τοῖς λόγοις ἐλύπησαν, τούτῳ τοῖς ἔργοις τὴν πίστιν ἔδοσαν. Οὓς ἂν βέλῃ ποιῆσαι φίλους, ἀγαθὸν πλέγε περὶ αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἐπαγγέλλοντας. Ἀρχὴ μὲν γὰρ φιλίας, ἔπαινος, ἔχθρας δὲ ψόγος. Βουλεύου, παράδειγματα ποιοῦ τὰ παρειλημμένα τῶν μελλόντων, τὸ γὰρ ἀφανὲς ἐν τῷ φανερῷ ταχέως ἔχει τινὰ διάγνωσιν. Βουλεύου μὲν βραδέως, ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. Ἡγοῦ κέρδος εἶναι παρὰ μὲν θεοῦ εὐτυχίαν, παρὰ δὲ ἡμῶν αὐτοῦ εὐβουλίαν. Περὶ ὧν ἂν αἰσχύνῃ παρρησιάσασθαι, βούλου δέ ποτε τῶν φίλων ἀνακοινώσασθαι, χρῶ τοῖς λόγοις ὡς περὶ ἀλλοτρίου τοῦ πράγματος. Οὕτω γὰρ τῶν ἐκείνων τε γνώμῃ διδόντων, καὶ σαυτὸν ὑ κατάφανῆ ποιήσεις. Metaphr. Existima eruditionem eò majus bonum esse insciliâ, quòd alia quidem improba pro *res improbas*, omnes lucrantes pro *cum* lucro faciunt, ipsa verò sola etiam damno afficit habentes. Sæpe enim, quem verbis offenderunt, huic factis poenas dederunt. Quos

velis

velis facere amicos, bonum quid dicito de ipsis apud renunciantes, pro *renunciaturos* Principium enim amicitiæ, laus, inimicitiæ verò vituperium. Deliberans, exempla facito præterita futurorum. Nam obscurum è manifesto ce errimam, *facillimam* habet cognitionem, *dijudicationem*. Delibera quidem tardè, perfice autem citò deliberata. Existima optimam rem esse à Deo quidem foelicitatem, à nobis ipsis autem bonum consilium. De quibus veteris liberè loqui, vis autem aliquibus amicorum communicare, utere verbis, tanquam de aliena re. Sic enim illorumqué sententiam cognosces, & teipsum non apertum facies. Periphr. Quantum eruditio inscitiæ præstet, ex eo perspicies, quòd omnes è cæteris improbè factis fructum aliquem capiant, hæc verò sola detrimentum etiam injungat. Nam sæpe illi, quem offendêre verbis, ei re ipsâ poenas dederunt. Cum quibus amicitiam tibi constituram esse vis, de illis honorificè loquitor iis audientibus, qui renunciaturi sint. Initium quippe amicitiarum laudatio est, inimicitiarum vituperatio. Cùm deliberas, præterita pro exemplo tibi proponito. Nam quæ obscura sunt è manifestis facillimè dijudicantur. In deliberando tardus esto, in exequendis deliberatis celer. Salustius ad verba hæc ita alludit. Antequam incipias, consulito: ubi consulueris maturè facto opus est. Crede à Deo nihil tribui melius prosperâ fortunâ, à nobis ipsis sapienti consilio. Quas res apertè dicere vereberis, & tamen cum amicis aliquibus communicare cupies, tanquam de re aliena orationem instituito. Nam eo pacto & sententiam eorum intelliges, seu, quid censeant, cognosces, nec teipsum aperies.

Græcismi, Phrases, &c.

1. Ἡ παίδεια μεῖζον ἀγαθὸν ὅτι τ ἀπαιδευσίας. Græcis. Eruditio præstat inscitiæ. 2. πράττειν τὰ μοχθηρά. Græcism. *Facere improba.* Pro, Scelus, vel scelera-

tùm

tum facinus patrare, committere. Item. Improbè, vel scelerate agere. 3. προστζημιῶν τινα. Afficere aliquem damno. Damnum alicui dare. &c. 4. ἔχειν τινὰ ἀπαιδευσίαν. Græcis. *Habere ignorantiam.* Pro: Ignarum vel rudem esse. Sentent. Ἡ ἀπαιδευσία τὲς ἔχοντας προστζημιωσε. Ignorantia iis, qui eâ præditi sunt, detrimentum injungit. 5. λυπεῖν τινα τοῖς λόγοις. Offendere aliquem verbis. 6. δίδοναι τινὶ τινὰ τιμωρίαν. Dare alicui poenas. Puniri ab aliquo. 7. τὰ παρελημυθότα τῶν μελλόντων ποιεῖν παραδείγματα. Græcismus. *Præterita futurorum facere exempla.* Pro: Exempla petere è præteritis rerum futurarum. 8. ταχέως ἔχειν διάγνωσιν. Græcism. *Facillimam habere dijudicationem.* Pro: Facillimè dijudicari. Vide p. 3. n. 3. 9. βυλεύεσθαι βραδέως. Tardum esse in deliberando. 10. ἐπιτελεῖν ταχέως τὰ δόξαντα. Celeriter perficere deliberata. Celerem esse in exequendis deliberatis. 11. Ἡ εὐτυχία παρὰ τὲ θεὲ δίδοται. Prospera fortuna à Deo tribuitur. 12. Αἰσχύνομαι περὶ τύτων παρρησιάζεσθαι. Vereor de his rebus apertè loqui. 13. Ἀνακοινώσασθαί τι τοῖς φίλοις. Communicare aliquid cum amicis. 14. χρῆσθαι τοῖς λόγοις, ὡς περὶ ἀλλοτρίε τινὸς πράγματος. Instituere orationem, vel loqui tanquam de re aliena. 15. Ἀισθέσθαι τὴν γνώμην τῶν φίλων. Intelligere sententiam amicorum. Cognoscere, quid censeant amici. 16. ποιεῖν ἑαυτὸν καταφανῆ. Manifestum se reddere. Aperire vel prodere seipsum.

Ὅταν δὲ ὑπὲρ τῶν σαυτὲ μέλλῃς τινὶ συμβυλεύεσθαι, σκόπει πρότερον, πῶς ὑπὲρ τῶν αὐτὲ διάκηται. ὁ γὰρ καλῶς διανοεῖται ὑπὲρ τῶν ἰδίων, οὗτός ποτε καλῶς βυλεύσεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων. Ὅυτω δ' ἂν μάλιστα βυλεύεσθαι παρεσκευασμένος, εἰ τὰς συμφορὰς τὰς ἐκ τῆ ἀβυλίας ὑπιβλέψειας καὶ τὰ ὑγιείας πλείω ὑπομέλειαν ἔχοντα, ὅταν τὰς λοιπὰς τὰς ἐκ τῆ ἀῤῥωστίας ἀναμνησθῇς. Μιμᾶ τὰ τῶν βασιλέων ἤθη, καὶ δίωκε τὰ ἐκείνων ὑπομνήματα· δόξεις γὰρ αὐτὸς ἀποδέχεσθαι, καὶ ζηλᾶν. ὥστε σοι συμβήσεται παρά τε τὴν πλήθει μᾶλλον

μᾶλλον εὐδοκιμεῖν, ἢ τὴν παρ' ἐκείνων εὔνοιαν βεβαιοτέραν ἔχειν. Πείθε μὲν ἢ τοῖς νόμοις τοῖς ὑπὸ σοῦ βασιλέων κειμένοις, ἰσχυρότατον μέν τοι νόμον ἡγοῦ τὸ ἐκείνων ἦθος. ὥσπερ γὰρ τὸν ἐν δημοκρατίᾳ πολιτευόμενον, τὸ πλῆθος δεῖ θεραπεύειν· οὕτω καὶ τὸν μοναρχίᾳ καλοικοῦντα, τὴν βασιλέα θεραπεύειν θαυμάζειν. Metaph. Cum verò de tuis rebus fueris aliquem consulturus, vide prius, quomodò de suis constituit. Qui enim malè cogitârit de propriis, nunquam bene consulet de alienis. *Sic* autem maximè consilium inire incitaberis, si calamitates, quæ ex temeritate *oriuntur*, intuitus fueris. Etenim valetudinis maximam curam habemus, cùm molestias ex ægrotatione (*natas*) recordati fuerimus. Imitare Regum mores, & persequere illorum studia: videberis enim eos probare & æmulari. Itaqué tibi continget apudqué multitudinem magis in laude esse, & ab illis benevolentiam firmiorem habere. Pare quidem & legibus à Regibus positis, *latis*, firmissimam verò legem puta illorum mores *Sicut* enim in populari imperio degentem, multitudinem oportet colere: sic & in unius imperio habitantem, Regem convenit admirari. Periphr. *Sed* cùm alterius consilium in tuis negotiis expetes, considerabis imprimis, quomodò res suas administrârit. Nam qui suum negotium malè gessit, nunquam bene procurabit alienum. *Sic* autem ad capiendi consilii prudentiam maximè invitaberis, si quæ damna temeritatem sequantur, cogitâris. Nam & valetudinem diligentissimè curamus, cùm ægrotationum molestias recordamur. Regum mores imitare, & ad eorum studia te conferas, ut eos & probare & æmulari videaris. Unde fiet, huneque fructum capies, ut & populus meliùs de te existimet, & tu illorum benevolentiam erga te confirmes ac augeas. Cùm legibus ipsis, quæ à Regibus latæ sunt, obtempera, tum mores & voluntatem eorum firmissimam esse legem ducito. Quemadmodùm enim in populari degenti republica, multitudo colenda est; sic & eum, qui in regio imperio consedit, Regem admirari oportet. *Gracis.*

Græciſmi, Phraſes, &c.

1. Συμβουλεύεσθαί τινι περὶ τῆς ἑαυτοῦ ſcil. πραγμάτων. Conſilium petere ab aliquo: conſilium expetere alicujus in ſuis negotiis. 2. Διοικεῖν περὶ τὰ αὑτοῦ videlicet πράγματα. Pro, διοικεῖν τὰ αὑτοῦ πράγματα. Adminiſtrare res ſuas. 3. Διανοεῖσθαι περὶ τῆς ἰδίων. Deliberare de ſuis negotiis. Gerere ſuum negotium. 4. συμβουλεύειν περὶ τῶν ἀλλοτρίων. Conſilium dare de rebus alienis. Item: Procurare alienum negotium. 5. παροξυνθείης βουλεύεσθαι, id eſt, ὅπως ἂν βουλεύῃ. Græciſm. Incitaberis ad conſultandum. Invitaberis ad conſilium capiendum, vel ad capiendi conſilii prudentiam. 6. ὑπολέπειν τὰς συμφορὰς, τὰς ἐκ τῆς ἀβουλίας ſcilicet γινομένας. Græciſm. Cogitare damna, quæ temeritatem ſequuntur. 7. πλείστου ἔχειν ὑπμέλειαν τῆς ὑγιείας. Græciſm. *Plurimam habere curam valetudinis.* Pro: Diligentiſſimè curare valetudinem. Cic. Vide pag. 3. n. 3. 8. Ἀναμιμνήσκειν τὰς λύπας τὰς ἐν τῇ ἀῤῥωστίᾳ. Græciſm. Recordari moleſtias ægrotationum. 9. Ἰσχυρότατον νόμον ἡγεῖσθαι τὰ βασιλέων τρόπον. Mores & voluntatem Regum pro firmiſſima habere lege. 10. πολιτεύεσθαι ἐν δημοκρατίᾳ. In populari vivere imperio. Verſari in Republica. Cic. 11. Θεραπεύειν τὸ πλῆθος. Colere multitudinem. 12. θαυμάζειν τὰ βασιλέα. Admirari Regem. 13. κατοικεῖν ἐν μοναρχίᾳ. In regio imperio vivere, conſidere. &c.

Ἐμὲ ἀρχὴν καταστᾶσαι μηδενὶ χρῶ πονηρῷ περὶ τὰς διοικήσεις· ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἅμαρτοι, σοὶ τὰς αἰτίας ἀναθήσουσιν. Ἐκ τῶν κοινῶν ὑπμελείων ἀπαλλάξῃς μὴ πλουσιώτερος, ἀλλ' ἐνδοξότερος. πολλῶν γὰρ χρημάτων κρείττων ὁ περὶ τοῦ πλήθους ἔπαινος. Μηδενὶ πονηρῷ πράγματι μήτε παίσασα, μήτε συνηγόρευε. δόξεις γὰρ καὶ αὐτὸς τοιαῦτα πράττειν, διὰ περ ἂν τοῖς ἄλλοις πράττοις βουλῆς. Παρασκεύαζε σαυτὸν

σεαυτὸν πλεονεκτεῖν μὴ δυνάμενον, ἀνέχε· ἢ τὸ ἴσον ἔχειν, ἵνα δοκῇς ὀρέγεσθαι τῆς δικαιοσύνης, μὴ δὲ ἀδείας, ἀλλὰ δι' ἀπείκειαν. Μᾶλλον ἀποδέχε δικαίαν πενίαν, ἢ πλοῦτον ἄδικον. πολλῷ γὰρ κρείττων δικαιοσύνη χρημάτων, ὅσῳ τὰ μὲν ζῶντας μόνον ὠφελεῖ, ἡ δὲ καὶ τελευτήσασι δόξαν παρασκευάζει. Καὶ ἐκείνων μὲν τοῖς φαύλοις μέτεστι, ταύτης δὲ τοῖς μοχθηροῖς ἀδύνατον μεταλαβεῖν. Μηδένα ζήλου τῶν ἐξ ἀδικίας κερδαινόντων, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποδέχου τοὺς μὴ δικαιοσύνης ζημιωθέντας. Οἱ γὰρ δίκαιοι τῶν ἀδίκων οὐ μηδὲν ἄλλο πλεονεκτοῦσιν, ἀλλ' ἢν ἐλπίσι γε σπουδαίας ἀπέχουσι. Metaphrasis. In Magistratum constitutus nullo utere improbo in administrationibus. Quæ enim ille peccaverit, tibi causas *eorum alii* imputabunt. A publicis curationibus discede non ditior sed glorioſior. Multis enim pecuniis melior laus à multitudine *tributa*. Nulli improbo neque assiste, neque patrocinare. Videberis enim & ipse talia facere, qualia aliis facientibus auxiliatus fueris. Para teipsum plus posse quidem valentem, vel ut possis quidem aliis esse superior, sustine vel tolera tamen æqualitatem habere, vel non iniquo animo feras æqualitatem habere *alios*: ut videaris expetere justitiam, non ob infirmitatem, sed propter æquitatem. Potius proba justam paupertatem, quàm divitias injustas. Eo enim melior justitia pecuniis, quod hæ quidem vivos solùm juvant, illa verò etiam mortuis gloriam parat: & illarum quidem improbis communio, *pars* est, hujus verò improbis impossibile *est* participes esse. Neminem æmulare ex injustitia lucrum facientem, sed magis proba cum justitia damno affectos. Nam justi injustis si nihil aliud plus habent, certe spe bonâ superiores sunt, Periphr. Delectus ad Magistratum nullius improbi viri ministerio in obeundis negotiis utitor. Nam quicquid ille deliquerit, id tibi ut authori imputabitur. A publicis functionibus discede non locupletior, sed laudatior. Laus enim multitudinis magnis opibus præferenda est. Vel, laudari enim à populo præstat, quàm ingentes

gentes possidere divitias. Nullius improbi negotii vel adjutor, vel patronus esse velis. Nam & teipsum eadem facere pudebunt, quæ ab aliis facta defenderis. Sic te para, ut aliis plus possis, æquo tamen jure cum cæteris vivito: ut appareat te colere justitiam non ex imbecillitate, sed propter æquitatem. Paupertatem cum justitia conjunctam opibus malè partis præferto. Nam justitia pecuniis eò præstat, quòd hæ viventibus tantùm prosint, illa etiam defunctis gloriam pariat: hæ vel malis hominibus contingant, illam improbi nullo consequi modo possint. Neminem eorum, qui lucris injustis ditantur, æmulare, sed eos pluris facito, qui ob studium justitiæ detrimentis afficiuntur. Nam justi si nullâ re aliâ injustis præstant, spe tamen utique meliore fruuntur.

Græcismi, Phrases, &c.

1. Καθίσασθαι εἰς τὴν ἀρχήν. Constitui Magistratum, & in Magistratum. Adipisci Magistratum. Deligi ad Magistratum. 2. Μηδενὶ πονηρῷ χρῆσθαι πρὸς τὰς διοικήσεις. Nullius improbi ministerio uti in obeundis negotiis. 3. ἁμαρτάνειν τινός. Delinquere aliquid, &c. 4. ἀναπτύναι τὰς αἰτίας τινί. Imputare alicui causam. Transferre in aliquem culpam. 5. συνηγορεῖν τῷ πονηρῷ πράγματι. Patronum esse improbi negotii. 6. Βοηθεῖν τοῖς ἄλλοις. Auxiliare aliis. Defendere alios. 7. Δύνασθαι πλεονεκτεῖν. Pro, δύνασθαι πλέον ἔχειν. Plus posse aliis habere. Posse alios superare. Superiorem posse aliis esse. Item: Meliori conditione posse esse. 8. ἀνέχεσθαι τὸ ἴσον ἔχειν. Græcism. Æquo animo ferre æqualitatem. Acquiescere in æqualitate. Æquo jure vivere cum cæteris. 9. Ὀρέγεσθαι τῆς δικαιοσύνης. Expetere vel colere justitiam. 10. ἀποδέχεσθαι τὴν δίκαιαν πενίαν. Amplecti paupertatem cum justitia conjunctam. 11. τὰ χρήματα ζῶντας μόνον ὠφελεῖ. Attice pro ὠφελῆσι. Pecuniæ viventibus tantùm prosunt.

12. Ἡ

12. Ἡ δικαιοσύνη καὶ τελευτήσασι τὴν δόξαν περιποιεῖ. Justitia etiam mortuis gloriam parit. 13. καὶ χρημάτων καὶ τοῖς φαύλοις μέτεστι. Pecunia etiam improbis contingunt. 14. μεταλαμβάνειν τῆς δικαιοσύνης. Consequi justitiam. Sententia. Ἀδύνατον τοῖς μοχθηροῖς τῆς δικαιοσύνης μεταλαβεῖν. Justitiam improbi non possunt consequi. 15. κερδαίνειν ἐξ ἀδικίας, Pro, ἀδίκως. Græcism. Injustè lucrari. Injustis lucris ditari. 16. Ζημιοῦσθαι μὴ τῆς δικαιοσύνης. Græcism. Damnum pati justitiæ causâ. Ob studium justitiæ affligi, detrimento affici. Nota. μὴ hîc ponitur pro ἕνεκα. 17. μηδὲν ἄλλο πλεονεκτεῖν τῶν ἀδίκων. Græcism. Pro, ἐν μηδενὶ ἄλλῳ πράγματι πλέον ἔχειν τῶν ἀδίκων. Nulla re aliâ injustis præstare. 18. ὑπερέχειν τῇ ἐλπίδι σπουδαίους. Superiorem esse spe bonâ. Frui spe meliori.

Πάντων μὲν ὑπομελὲς τῶν περὶ τὸν βίον, μάλιστα δὲ τὸν σαυτῆς φρόνησιν ἄσκει. Μέγιστον γὰρ ἐν ἐλαχίστῳ νῆς ἀγαθὸς ἐν ἀνθρώπου σώματι. Πειρῶ τὸ μὲν σῶμα εὖ φιλόπονος, τὸν δὲ ψυχὴν φιλόσοφος· ἵνα τὸ μὲν ὑπομένειν λύπη τὰ δόξαντα, τῇ δὲ προσοφᾶν ἡδονῇ τὰ συμφέροντα. Πᾶν ὅ, τι ἂν μέλλῃς λέγειν, πρότερον σκόπει τῇ γνώμῃ. πολλοῖς γὰρ ἡ λαλιὰ περιτρέχει τὰ διανοίας. Νόμιζε μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον. Οὕτω γὰρ κατ' εὐτυχίαν ἔζη περίχαρης, ὥστε δυσχερῶν περίλυπος. Δύο ποιεῖ καιρὸς τὸ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶδα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. ἐν τούτοις γὰρ μόνοις ὁ λόγος τῆς σιγῆς κρείττων. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄμεινον σιγᾶν ἢ λέγειν. Χαῖρε μὲν ὅτι τοῖς συμβαίνουσι τῶν ἀγαθῶν, καὶ λυποῦ μετέτως ἐπὶ τοῖς γινομένοις τῶν κακῶν. γίνου δὲ τοῖς ἄλλοις, μηδὲν ἐν ἑτέροις ὢν κατάδηλος. ἄτοπον γὰρ τὸν μὲν ὑσίαν ἐν τῇ οἰκίᾳ καταγεύσειν, τὸν δὲ διάνοιαν σανερὸν ἔχοντα πειρατεῖν. Μᾶλλον εὐλαβοῦ φόβον ἢ κίνδυνον. ἔστι γὰρ εἶναι φοβερὸν, τοῖς μὲν φαύλοις τὸν τῆς βίου τελευτὴν, τοῖς δὲ σπουδαίοις τὸ ἐν τῷ ζῆν ἀδοξίαν. Μάλιστα μὲν πειρῶ ζῆν καὶ τὴν ἀσφάλειαν ἐὰν δὲ ποτέ σοι συμβῇ κινδυνεύειν,

ζήτει δ' ἐξ τῆ πολέμε σωτηείαν μὴ καλῆς δόξης, ἀλλὰ μὴ μέγ' αἰσχεᾶς φήμης· τὸ μὲν γὰ τελευτῆσαι, πάντων ἡ πεπρωμένη κατέκρινε· τὸ δὲ καλῶς ἀποθανεῖν, ἴδιον τοῖς σπουδαίοις ἡ φύσις ἀπένειμε. Metaphr. Omnium quidem curam gere, quæ circa vitam *sunt*, maximè autem tuam mentem exerce. Maximum enim in minimo mens bona in hominis corpore. Conare quidem *quoad* corpus esse laborioſus, *quoad* animum autem ſapientiæ ſtudioſus, ut illo quidem perficere queas deliberata, hoc autem proſpicere ſcias conducibilia. Omne, quod ſis dicturus, prius inſpice, *conſidera* mente. Multis enim lingua præcurrit mentem. Exiſtima nihil esse humanorum firmum. *Sic* enim neque fortunatus eris nimiùm lætus, neque infortunatus pertriſtis, *nimiùm triſtis*. Duo ſac tempora dicendi, vel de quibus ſcis planè, vel de quibus neceſſarium *eſt* dicere. In his enim ſolis ſermo ſilentio melior: in aliis verò tacere melius, quàm loqui. Gaude quidem ſuper contingentibus bonorum, *pro* bonis, & dole mediocriter ſuper vel de evenientibus malorum, *pro* malis. *Sis* autem aliis, neque in alteris exiſtens manifeſtus. Abſurdum enim eſt ſubſtantiam in ædibus occultare, mentem verò apertam habentem circumambulare. Magis verere, *cave* vituperium, quàm periculum. Oportet enim esse formidabilem improbis vitæ finem, at bonis in vivendo ignominiam. Maximè quidem conare vivere ſecundùm ſecuritatem, ſecurè: ſi autem aliquando tibi contigerit periculùm adire, quære è bello ſalutem cum præclara gloria, ſed non cum turpi fama. Nam mori quidem omnes fatum condemnavit: at honeſtè mori proprium bonis natura tribuit. Periphr. Cùm omniũ rerũ, quæ ad vitam ſpectant, curã ſuſcipito, tum ingenio excolendo vel maximè intentus eſto. Maxima enim res in re minima eſt bona mens in corpore humano. Da operam ut corpore ſis laborioſo, animo autem ſtudioſo: ut altero perficere queas decreta, altero proſpicere ſcias profutura. Quicquid dicturus es, prius

cum

cum animo reputa. Multi enim ſunt, quorum lingua cogitationem antevertat. Nihil rerum humanarum firmum eſſe exiſtima. Sic enim nec rebus ſecundis lætitiâ exultabis, nec in adverſis conſternaberis. Duo loquendi tempora conſtitue: alterum de rebus tibi planè cognitis: alterum de iis, quæ neceſſariò ſunt dicenda. In his enim ſolis ſilentium antecellit oratio: in aliis verò tacere præſtat, quàm loqui. Et gaudere debes rebus ſecundis, & moderatè ferre dolorem calamitatum. Sed utráque diſſimulato. Cùm enim domi opes occultemus, ab urdum fuerit aperto animo obambulare. Magis cave reprehenſionem, quàm periculum. Nam ut vitæ finis improbis, ſic bonis viris ignominioſa vita formidoloſa eſſe debet. Imprimis da operam, ut in tuto vivere queas: ſed ſi quando tempus inciderit, ut pericula ſint adeunda, incolumis è bello evadere ſtude cum laude & gloria, non cum infamia, & dedecore. Nam fatum omnes, quaſi capitis condemnavit: ſed honeſtè mortem oppetere, natura præſtantium virorum munus eſſe voluit.

Græciſmi, Phraſes, &c.

1. Ἐπιμελεῖσθαι πάντων τῶν περὶ τὸν βίον. Græciſm. Suſcipere curam omnium, quæ ad vitam degendam ſpectant. 2. ἀσκεῖν τινὰ φρόνησιν. Exercere vel excolere ingenium. 3. Φιλόπονον εἶναι τὸ σῶμα. Pro, κατὰ τὸ σῶμα. Græciſm. Laborioſo eſſe corpore. 4. φιλόσοφον εἶναι τινὰ ψυχήν. Pro, κατὰ τινὰ ψυχήν. Græciſm. Animo eſſe ſtudioſo. 5. ὀπτελεῖν τὰ δόξαντα. Perficere deliberata, decreta. 6. προορᾶν τὰ συμφέροντα. Proſpicere profutura. 7. μέλλω λέγειν. Græciſm. vide pag. 12. n. 2. Dicturus ſum. 8. ὀπίζεσθαί τι τῇ γνώμῃ. Reputare aliquid cum animo. 9. Ἡ γλῶττα προτρέχει τῆς διανοίας. Lingua præcurrit mentem. 10. μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον. Nihil eſt firmum rerum humanarum. 11. ἀκίνδυνον καὶ περίλυπον εἶναι.

Perlætum

Perlætum & pertristem esse. Exultare lætitiâ, & consternari dolore. 12. ποιεῖν καιρὸς τοῦ λέγειν. Græcism. Constituere tempora dicendi, vel loquendi. 13. Σαφῶς εἰδέναι περί τινος. Scire, nôsse aliquid plane. 14. ἄμεινον σιγᾶν ἢ λέγειν. Præstat tacere quàm loqui. 15. χαίρειν ὅτι τοῖς συμβαίνουσι τῶν ἀγαθῶν. Græcism. vide pag. 19, & 20. numer. 5. & 6. Gaudere, lætari rebus secundis. 16. τὰ συμβαίνοντα τῶν ἀγαθῶν, καὶ τὰ συμβαίνοντα ἀγαθὰ. Contingentia bona. Res secundæ. 17. λυπεῖσθαι μετρίως ὅτι τοῖς γνωμίμοις τῶν κακῶν. Attice pro κακοῖς. Moderatè ferre dolorem calamitatum. 18. κατάδηλον γίνεσθαι τοῖς ἄλλοις. Apertum, manifestum esse aliis, &c. 19. Μηδ' ἐν ἑτέροις. Pro, ἐν μηδετέροις γίνεσθαι καταδηλον. In neutris rebus, vel in neutra parte esse apertum, vel se aperire. Item Utraque dissimulare. 20. ἀποκρύπτειν τινὰ οὐσίαν ἐν τῇ οἰκίᾳ. Occultare domi opes. 21. περιπατεῖν τινὰ διάνοιαν φανερὰν ἔχοντα. Aperto obambulare animo. Id est, Ita obambulare, ut animi affectiones omnibus pateant. 22. εὐλαβεῖσθαι ψόγον ἢ κίνδυνον. Cavere reprehensionem aut periculum. 23. Ἡ τοῦ βίου τελευτὴ τοῖς φαύλοις φοβερά ὄτι. Improbis vitæ finis est formidolosus. 24. Ἡ ἀδοξία ἐν τῷ ζῆν τοῖς σπουδαίοις φοβερά ὄτι. Græcism. Vita ignominiosa viris bonis est formidolosa. 25. Ζῆν μετὰ τινὰ ἀσφάλειαν. Græcism. Pro, ζῆν ἀσφαλῶς, καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ, ἐν εἰρήνῃ Vivere in tuto, in pace. Vitam agere sine metu periculi, &c. 26. Ζητεῖν τινὰ ἐκ τοῦ πολέμου σωτηρίαν. Græcism. *Quærere è bello salutem.* Pro: Studere incolumen e bello evadere. 27. τὸ τελευτῆσαι πάντων ἡ πεπρωμένη κατέκλινε. Græcism. Omnibus fatali necessitate, quasi latâ sententiâ moriendum est Natura mortem omnibus proposuit. Cic. 28. ἀποθανεῖν καλῶς. Honestè mori. Honestam oppetere mortem.

Καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ πολλὰ τῶν εἰρημένων ἀπρέπειά σοι πρὸς τὴν νῦν παροῦσαν ἡλικίαν. Οὐδὲ γὰρ ἐμοὶ τοῦτο

τοῦτο διέλαθεν, ἀλλὰ προειλόμην διὰ τ' αὐτῆς πραγματείας ἅμα τό τε παρόντ@ βίᾳ συμβουλίαν ὑξενεγκεῖν, κ) τῦ μέλλοντ@ χρόνυ προάγγελμα καταλιπεῖν. Τὴν μὲν γὸ τύλων χρείαν ῥαδίως εἰδήσεις, τ ὃ συμβουλεύοντα μετ' εὐνοίας χαλεπῶς εὑρήσεις. Ὅπως ἐν τἀ λοιπὰ μὴ παρ' ἑτέρυ ζητῆς, ἀλλ' ἐντεῦθεν, ὥσπερ ἐκ ταμείυ προφέρῃς, ᾠήθην δεῖν μηδὲν παραλιπεῖν ὧν ἂν ἔχω σοὶ συμβουλεύειν. Πολλὴν δ' ἂν τῷ θεῷ χάριν ὠφείλω, εἰ μὴ διαμάρτοιμι τ δόξης, ἣν ἔχων περὶ σε τυγχάνω. Τῶν μὲν γὸ ἄλλων τὰς πλείστας εὑρήσουμεν ὥσπερ τῦ σιτίων τοῖς ἡδίστοις μᾶλλον, ἢ τοῖς ὑγιεινοτάτοις χαίροντας, ὅπω κ) τῦ φίλων τοῖς συνεξαμαρτάνυσι πλησιάζοντας, ἀλλ' ὃ τοῖς νεθετῦσι. Σὲ δ' ὑ νομίζω τἐναντίον τύτων ἐγνωκέναι, τεκμηρίῳ χρώμεν@ τῇ περὶ τὴν ἄλλην σῦ παιδείαν φιλοπονίᾳ. τ γὰρ αὐτῷ τὰ βέλτιστα πρᾶττειν ὑπτάπλουσα, τῦτον εἰκὸς κ) τῶν ἄλλων τὰς ὑπὲρ τὴν ἀρετὴν προσκαλῦντας ἀποδέχεσθαι. Μάλιστα δ' ἂν παρεξυνθείης ὁρεχθῆναι τῶν καλῶν ἔργων, εἰ καλαμάθοις, ὅτι κ) τὰς ἡδονὰς τὰς ἐκ τύλων μάλιστα γνησίως ἔχομεν· ὁ μὲν γὰρ τῷ ῥαθυμοῦν, κ) τὰς πλησμονὰς ἀγαπᾶν, εὐθὺς ἀπολύπαι τ ἡδοναῖς προσπεπήγασι· τὸ δ' ἀεὶ τοῖς ἀρετοῖς φιλοπονεῖν, κ) σωφρόνως τ ἑαυτῦ βίου οἰκονομεῖν, ἀεὶ τὰς τίρψεις εἰλικρινεῖς, κ) βεβαιοτέρας ἀποδίδωσι. κἀκεῖ μὲν πρῶτον ἡδόντες ὕστερον ἐλυπήθημεν, ἐνταῦθα δ', μ τὰς λύπας τὰς ἡδονὰς ἔχομεν. Metaphr. Et ne miratus fueris, si multa dictorum non conveniunt tibi ad nunc præsentem ætatem. Neque enim me hoc latuit: sed constitui per eandem operam simul præsentisque vitæ consilium protulisse, & futuri temporis præceptum reliquisse. Nam horum quidem usum facilè scies, consulentem verò cum benevolentia difficilè invenies. Ut igitur reliqua non ab altero quæras, sed hinc velut è penu proferas, existimavi oportere nihil reliquisse *eorum*, quæ haberem tibi consulere. Multam, *magnam*, verò Deo gratiam habuerim, & non aberrârim, *deceptus fuerim* opinione quam habens

habens de te ſum. Nam aliorum plurimos inveniemus, ut ciborum jucundiſſimis potiùs, quàm ſaluberrimis gaudentes, ſic etiam amicorum *plurimos* unà *ſecum* peccantibus ſe applicantes, ſed non monentibus. Te autem arbitror contrarium horum nôſſe, *decreviſſe*, argumento utens circa aliam tuâ diſciplinam induſtriâ. Sibi enim optima facere imperantem, hunc veriſimile eſt & aliorum ad virtutem adhortantes amplecti. Maximè autem incitatus fueris appetiviſſe honeſtas res, ſi didiceris, quòd & voluptate; ex his maximè ſincerè habemus. Nam in ſegneſcendo, & ſatietate in amando ſtatim moerores voluptatibus affixi ſunt, *adhæſerunt*; at circa virtutem laborare, & temperanter ſui ipſius vitam inſtituere ſemper de'ectationes ſinceras & firmiores reddit. Et illic quidem primùm gaviſi, poſtea moeſti fuimus, hic verò poſt moleſtias voluptates habemus. Periph. Nequé verò mirari debes multa ex iis, quæ diximus, iſti ætati tuæ non convenire. Nam id me quoque non præteriit: ſed propoſitum mihi fuit unâ eâdemque operâ & de præſenti vitæ ratione conſilium promere, & quid impoſterum tibi faciendum eſſet, denunciare. Nam quando & quomodò his utendum ſit, facilè intelliges, fidelem autem & benevolum monitorem haud temerè invenies. Ne igitur cætera ex aliis tibi quærenda eſſent, ſed ut hinc omnia velut è penu depromeres, nihil, quo tibi conſulere poſſem, prætereundum eſſe duxi. Magnas autem Deo gratias agam, ſi me ſpes de te concepta non fefellerit. Nam ut pleroſque alios cibis jucundiſſimis potius, quàm ſalubrerrimis delectari, ſic etiam ad eos eſſe amicos adjungere cernimus, qui unà delinquunt, non ad eos, qui vitia reprehendunt. Te verò contrarium ſtatuiſſe exiſtimo, argumento induſtriæ tuæ in aliis diſciplinis adductus. Nam qui ipſe ſibi optima quæque imperavit, eum conſentaneum eſt etiam alios ad virtutem exhortantes amplecti. Maximè autem ad ſtudium rerum honeſtarum incitaberis, ſi animadverres eas veriſſimarum voluptatum eſſe procreatrices. Nam in ſocordia quidem luxuriæque

que amore, moleſtiæ ſtatim voluptatibus adhærefcunt. Virtutis autem ſtudium, & ſobrium vitæ inſtitutum ſemper oblectationes ſinceras, atque etiam conſtantiores gignit. Nam illic principio gaviſi, poſt dolemus: hîc poſt moleſtias, voluptates capimus.

Græciſmi, Phraſes, &c.

1. Ἡ παροῦσα ἡλικία. Iſta ætas. Nam participium παρὼν, παροῦσα, παρὸν ſæpius variis junctum nominibus per pronomen redditur. 2. ἐξευρεῖν τὸ παρόντος εἶδος συμβουλίαν. Græciſm. *Proferre præſentis vitæ conſilium.* Pro: Conſilium promere de præſenti vitæ ratione. Conſilium dare: monere, quomodò nunc vita ſit inſtituenda. 3. καταλιπεῖν ἀπάγγελμα τὸ μέλλοντος χρόνου. Græciſmus. *Reliquiſſe* vel *relinquere denunciationem, præceptum futuri temporis.* Pro: Denunciare, præcipere, quid impoſterum ſit agendum, quomodò poſthac vita ſit inſtituenda. 4. Ῥᾳδίως εἰδέναι τινὸς πρᾶξιν. Facilè intelligere alicujus rei uſum, vel quomodò aliquâ re ſit utendum. 5. εὑρίσκειν τὸ συμβουλεύοντα μεθ' εὐνοίας. Græciſm. Invenire benevolum monitorem. 6. Ζητεῖν τὰ λοιπὰ παρ' ἑτέρου. Cætera quærere ex alio, aliunde. 7. προφέρειν ἐντεῦθεν, ὥσπερ ἐκ ταμείου. Depromere hinc velut è penu. 8. ἔχω συμβουλεύειν. Græciſmus. *Habeo conſulere.* Pro: Conſilium poſſum dare. Nam ἔχω variis infinitivis additum, loco δύναμαι uſurpatur. 9. πολλὰ τοῖς θεοῖς ἔχειν χάριν. Immortales Deo gratias agere, Cic. 10. ἔχειν τὴν περί τινος δόξαν. Habere, concipere ſpem de aliquo. 11. χαίρειν τοῖς τῶν σιτίων ἡδέσιν. Græciſmus, & in ſpecie Atticiſm. vide p. 19. n. 5. Delectari cibis jucundiſſimis. 12. πλησιάζειν τῶν φίλων τοῖς συνεξαμαρτάνουσι. Atticiſmus priori ſimilis. Adjungere ſe ad amicos, qui unâ delinquunt, ſocii delictorum ſunt. 13. πλησιάζειν τῶν φίλων τοῖς κακοῖς. Atticiſm. Cum eis verſari amicis, vel iis

se adjungere amicis, qui vitia reprehendunt. 14. χρῆσθαι τῷ τεκμηρίῳ. Uti, adduci argumento. Item: Conjecturam capere. 15. Ἡ περὶ τὴν παιδείαν φιλοπονία. Græcism. Industria in disciplinis. Studium disciplinarum. Studiorum diligentia. 16. ἐπιτρέπειν αὐτῷ τὰ βέλτιστα. Imperare sibi optima quæque, &c. 17. ἀποδέχεσθαι τοὺς ὅτι τὴν ἀρετὴν προκαλοῦντας. Amplecti eos, qui ad studium virtutis exhortantur. 18. Ὀρέγεσθαι τῶν καλῶν ἔργων. Studere rebus honestis. Expetere gloriam rerum honestarum. 19. παροξύνεσθαι τῶν καλῶν ἔργων ὀρέγεσθαι. Græcism. Incitari ad studium rerum honestarum. 20. Γνησίως ἔχειν τὰς ἡδονὰς τὰς ἐκ τῶν καλῶν ἔργων. Græcism. Sinceras, verissimas capere voluptates è rebus honestis. 21. ἐν τῇ ῥᾳθυμείᾳ. Græcism. In socordia, desidia, otio vi æ. 22. ἐν τῷ τὰς πλησμονὰς ἀγαπᾶν. Græcism. In amore luxuriæ. 23. ἀγαπᾶν τὰς πλησμονάς. Amare, sectari voluptates. 24. Sententia. Αἱ λύπαι τῇ ἡδοναῖς ἀεὶ παραπήγασι. Voluptatibus semper dolores adhærescunt, miscentur. 25. τὸ περὶ τὴν ἀρετὴν φιλοπονεῖν. Prò, ἡ τῆς ἀρετῆς φιλοπονία. Græcism. Virtutis studium. 26. Οἰκονομεῖν σωφρόνως τὸν ἑαυτῆς βίον. Temperanter instituere suam vitam. Temperanter vivere. 27. τὸ οἰκονομεῖν σωφρόνως τὸν βίον. Pro: ἡ σώφρων τοῦ βίου οἰκονομία. Sobrium, prudens vitæ institutum. 28. ἀποδιδόναι τὰς τέρψεις. Gignere, procreare oblectationes. 29. ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι. Gaudere & tristari. Voluptate & dolore affici. 30. ἔχειν τὰς ἡδονάς. Pro. ἥδεσθαι. Voluptates capere.

Ἐν ἅπασι δὲ τοῖς ἔργοις οὐχ ὕστερον τὸ ἀρχῆς μνημονεύομεν, ὡς τὸ τελευτῆς αἰσθάνεσθαι λαμβάνομεν. τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν περὶ τὸν βίον οὐ διὰ αὐτὰ τὰ πράγματα ποιούμεθα, ἀλλὰ τὸ ἀποβαινόντων ἕνεκα διαπονούμεθα. ἐνθυμοῦμαι δὲ ὅτι τοῖς μὲν φαύλοις ἐνδέχεται τὰ τυχόντα πράττειν· (εὐδοκεῖ γὰρ τοῖς βίοις τοιούτοις πεποίηνται τὴν ὑποθέσιν) τοῖς δὲ σπουδαίοις οὐχ οἷόντε τῆς ἀρετῆς ἀμελεῖν, ἢ πολλῶν ἔχειν τὸ

τὰς ὁπλήπλοντας. πάντες γὰρ μισοῦσιν ἀχ ὕυτω τὰς ἐξαμαρτάνοντας, ὡς τὰς ὁμοιοκεῖς μὴ φασκονλας εἶν, μηδὲν ἢ τῆ τυχόντων διαφέροντας. Εικότως. ὅπε γὰ τὰς τῆ λόγῳ μόνῳ ψευδομένης ἀποδεικνύμαζομεν, ὅπε τὰς τῆ βίῳ παντὶ ἐλαπτωμένης ὰ φαύλας εἶναι φήσομεν; δικαίως δ' ἂν τὰς πίστας ὑπολάβοιμεν, μὴ μόνον εἰς ἑαυτὰς ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ καὶ τῆς τύχης εἶναι προδότας. ἢ μὴ γὰρ αὐτοῖς χρήματα καὶ δόξαν καὶ φίλας ἐνεχείρισεν· οἱ δ', σφᾶς αὐτὰς ἀναξίας τῆς ὑπαρχούσης εὐδαιμονίας κατέστησαν. εἰ δ' δεῖ ὅμοτὸν ὄντα τὸ τῶν θεῶν σκοπεῖσθαι διανοίας, ἡγοῦμαι κἀκείνης ὅτι τῆς οἰκειοτάτης μάλιστα δηλοῦσαι, πῶς ἔχυσι πρὸς τὰς φαύλας, καὶ τὰς σπουδαίας τῶν ἀνθρώπων. Metaphr. In omnibus autem rebus non ſic principii meminimus, ut finis ſenſum capimus. Nam plurima eorum, quæ circa vitam *ſunt* non propter ipſa negotia facimus, ſed conſequentium causâ elaboramus. Cogita autem, quòd improbis licet quævis agere: (ſtatim enim vitæ tale fecerunt fundamentum) at bonis viris non licet virtutem negligere, vel multos habere increpantes. Omnes enim oderunt non tam peccantes, quàm æquos quidem dicentes *ſe* eſſe, nihil verò à quibuſvis, *vulgo* differentes: Jure. Cùm enim ſermone ſolo mentientes reprobamus, an vitâ omni imminutos, non malos eſſe dicemus? Juſtè verò tales exiſtimaverimus non ſolùm in ſe peccare, ſed & fortunæ eſſe proditores: hæc enim ipſis pecuniàs, & gloriam, & amicos in manus dedit, hi verò ſe ipſos indignos præſenti fœlicitate conſtituerunt. *Si* verò oportet mortalem exiſtentem Deorum conjecturâ colligere mentem, arbitror *me* & illos in proximis maximè declarâſſe, quomodò ſe habent erga improbos & bonos hominum. Periphr. In omnibus autem rebus non tam principii meminiſſe ſolemus, quàm ſenſu finis affici. Nam pleraque in vita non propter res ipſas agimus, ſed propter ea, quæ conſequuntur

elaboramus. Illud autem cogites velim: plebeiis quidem hominibus quidvis licere: (nam tale ſtatim inſitio vitæ ſuæ fundamentum jecerunt) bonis verò & honeſtis viris virtutem negligere non conceſſum eſſe: aut fieri certè non poſſe, quin à multis reprehendantur. Omnes enim non tam oderunt flagitioſos, quàm eos, qui virtutis profeſſi ſtudium, re nullâ vulgo antecellunt: nec id injuriâ. Nam cùm eos improbemus: qui verbis tantùm fallunt: quanto magis eos homines nequam dicemus, qui nullum in tota vita dignitatis ſuæ gradum retinuerunt? Ac ejus generis homines non in ſemet ipſos tantùm eſſe injurii, ſed & fortunæ proditores rectè exiſtimantur: quæ cùm eis & opes & gloriam & amicos in manus dederit, ipſi partâ fœlicitate indignos ſe præbeant. Quòd ſi fas eſt mortali voluntatem Deorum conjecturis indagare: eos etiam in conjunctiſſimis potiſſimùm me demonſtrâſſe arbitror, quemodò & adverſùs homines improbos, & erga bonos viros eſſent animati.

Græciſmi, Phraſes, &c.

1. Μνημονεύειν τῆς ἀρχῆς. Meminiſſe principii, 2. Λαμβάνειν αἴσθησιν τῆς τελευτῆς. Græciſm. Affici finis ſenſu. Percipere finem ſenſu. 3. Ποιεῖν τὰ πλείω περὶ τὸν βίον. Græciſm. Plurima agere in vita. 4. Διαπονεῖν τὰ πλείω ἕνεκα τῶν ἀποβαινόντων. Elaborare plurima propter ea, quæ conſequuntur. 5. Πράττειν τὰ τυχόντα. Quævis facere. Temerè omnia committere. 6. Τοιαύτῃ τῇ βίου ποιεῖσθαι ὑπόθεσιν. Græciſm. Tale vivendi genus ſibi proponere, &c. 7. Ἀμελεῖν τῆς ἀρετῆς. Negligere virtutem. 8. Πολλὰς ἔχειν τὰς ἐπιπλήττοντας. Multos habere reprehenſores. A multis reprehendi. 9. Μισεῖν τὰς ἁμαρτάνοντας. Odiſſe flagitioſos. 10. Μισεῖν τὰς ὑπειληφότας φαύλους. Græciſm. Odiſſe eos, qui ſe virtutis ſtudioſos eſſe jactitant, vel qui virtutis ſtudium profitentur.

11. Ψεύδεσθαι

11. Ψεύδεσθαι τῷ λόγῳ μόνῳ. Verbis tantùm fallere 12. Ἀποδοκιμάζειν τὸς τῷ λόγῳ ψευδομένους. Improbare eos, qui verbis mentiuntur, fallunt. 13. Ἐλαττῶσθαι παντὶ τῷ βίῳ. Græcism. In tota vita deteriori conditione esse: Nullum dignitatis gradum retinere. 14. Φάσκειν τινὰ φαῦλον εἶναι. Dicere aliquem hominem esse nequam. 15. Ὑπολαμβάνειν τινὰ εἰς ἑαυτὸν ἁμαρτάνειν. Existimare aliquem in se ipsum esse injurium. 16. Ἐγχειρίζειν τινὶ χρήματα, καὶ δόξαν, καὶ φίλους. In manus dare alicui opes, gloriam & amicos. 17. Καθιστάναι ἑαυτὸν ἀνάξιον τῆς ὑπαρχούσης εὐδαιμονίας. Indignum se præbere partâ fœlicitate. 18. Δηλοῦν τινα ὅτι τοῖς οἰκειοτάτοις. Demonstrare aliquem in conjunctissimis. 19. Πῶς ἔχει πρὸς τὸς φαύλους. Græcis. Quo animo, quâ mente, quâ voluntate est in malos?

Ζεὺς γὰρ Ἡρακλέα καὶ Τάνταλον γεννήσας (ὡς οἱ μῦθοι λέγουσι, καὶ πάντες πεπύσμεθα,) τὸν μὲν διὰ τὴν ἀρετὴν ἀθάνατον ἐποίησε. τὸν δὲ, διὰ τὴν κακίαν τὰ μεγίστοις τιμωρίαις ἐκόλασεν. οἷς χρὴ παραδείγμασι χρωμένους, ὀρέγεσθαι τῆς καλοκἀγαθίας καὶ μὴ μόνον τοῖς ὑφ' ἡμῶν εἰρημένοις ἐμμένειν, ἀλλὰ καὶ τὴν ποίησιν τὰ βέλτιστα μανθάνειν, καὶ τῶν ἄλλων σοφιστῶν, εἴ τι χρήσιμον εἰρήκασιν, ἀναγιγνώσκειν. ὥσπερ γὰρ τὴν μέλιτταν ὁρῶμεν, ἐφ' ἅπασι μὲν τὰ ἐλαιήματα καθιζάνουσαν, ἀφ' ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβάνουσαν· οὕτω χρὴ καὶ τὸς παιδείας ὀρεγομένους, μηδενὸς μὲν ἀπείρως ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν, μόλις γὰρ ἄν τις ἐν ταύτης τῆς ὀπωρελείας τὰς τῆς φύσεως ἁμαρτίας ὑπεκφύγοι. Jupiter enim Herculem & Tantalum cùm procreâsset, (ut fabulæ aiunt, & omnes credunt,) illum quidem propter virtutem immortalem fecit: hunc verò propter malitiam maximis suppliciis punivit. Quibus oportet exemplis ardentes expetere honestatem & probitatem, & non solùm à nobis dictis insistere, sed & Poëtarum optima quæque discere, & aliorum sapientum, si quid utile dixerunt, legere. Quemadmodum enim apem videmus super

omnes

omnes flores sedentem, ab unoquoque verò utilia accipientem: sic oportet & eruditionis appetentes, nullius quidem expertes se habere, undecunque verò utilia colligere. Vix enim quis ex hac diligentiâ naturæ peccata superaverit. Aliter: Nam cùm Jupiter, (ut arcanæ literæ tradunt, & omnes credunt) Herculem Tantalumque genuisset, alterum ob virtutem immortalitate donavit, alterum propter improbitatem maximis suppliciis affecit. Decet igitur in hæc exempla intuentes, virtutis & honestatis flagrare desiderio: nec ea servare duntaxat, quæ nos diximus, sed & Poëtarum optimæ sententiæ discendæ, & quæ alii viri sapientes utiliter præcepêre, legenda sunt. Nam ut apes omnibus quidem insidere floſculis, de singulis autem utilia carpere videmus: sic eruditionis etiam comparandæ studiosos nullius rei esse rudes, sed undique utilia colligere decet. Vix enim hîc ipsâ diligentiâ naturæ nostræ pravitatem superabimus.

Græcismi, Phrases, &c.

1. Ποιεῖν τινα ἀθάνατον. Immortalitate aliquem donare. 2. Κολάζειν τινὰ ἢ μεγίσταις τιμωρίαις. Maximis aliquem afficere suppliciis. 3. Ἐμμένειν τοῖς ὑπό τινος εἰρημένοις. Græcism. Observare alicujus dicta. Servare ea, quæ ab aliquo dicta sunt. 4. Μανθάνειν τὰ ϐέλτιστα τῶν ποιητῶν. Optima quæque Poëtarum discere. 5. Εἰρηκέναι τὶ χρήσιμον. Dicere aliquid utile. Utiliter aliquid præcipere. 6. Ἀναγινώσκειν τὶ χρήσιμον. Legere aliquid utile. 7. Καθιζάνειν ἐπὶ τὰ βλαστήματα. Insidere floſculis. 8. Λαμβάνειν τὰ χρήσιμα ἀφ' ἑκάστου, scil. βλαστήματος. Utilia carpere de singulis floſculis. 9. Μηδενὸς ἀπείρως ἔχειν. Græcism. Nullius rei rudem esse. 10. Συλλέγειν τὰ χρήσιμα. Utilia quæque colligere. 11. Ἐπικρατεῖν τῆς τῆς φύσεως ἁμαρτίας. Superare naturæ pravitatem, &c.

FINIS.

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΡΟΣ

ΝΙΚΟΚΛΕΑ

περὶ βασιλείας λόγος δεύτερος

ISOCRATIS

AD

NICOCLEM DE REGNO

ORATIO II.

Οἱ μὲν εἰωθότες ὦ Νικόκλεις, ὑμῖν τοῖς βασιλεῦσιν ἐθῆτας ἄγειν, ἢ χαλκὸν, ἢ χρυσὸν ἐργασμένον, ἢ ἄλλο τῶν τοιούτων χρημάτων, ὧν αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς εἰσὶν, ὑμεῖς δὲ πλουτεῖτε· λίαν ἔδοξαν εἶναί μοι καταφανεῖς, ὄντες, ἀλλ' ἐμπορείαν ποιούμενοι, καὶ πολὺ τεχνικώτερον αὐτὰ πωλοῦντες τῶν ὁμολογούντων καπηλεύειν. ἐγὼ δ' ἡγησαίμην ἂν ταύτην καλλίστην ἡδεσθαι δωρεὰν καὶ χρησιμωτάτην, καὶ μάλιστα πρέπειν ἐμοί τε δόξαι καὶ σοὶ λαβεῖν, εἰ συνδοίην δεῖσαι ποίων ὀπτηδευμάτων δεησόμενος, καὶ τίνων ἔργων ἀπεχόμενος ἄξιος ἂν καὶ τῆς πόλιν, καὶ τῆς βασιλείας διοικεῖν. Metaphr. Qui quidem soliti ô Nicocles vobis Regibus vestes adducere vel æs, vel aurum factum, vel aliud quid talium rerum, quarum ipsi egeni sunt, vos verò divites estis; Nimis visi sunt esse mihi manifesti,

festi, non donum sed mercaturam facientes, & multò artificiosiùs ea vendentes, fatentibus se cauponari. Ego verò existimaverim hoc pulcherrimum fuisse donum & utilissimum, & maximè conveniens mihique dedisse & tibi accepisse, si potuerim definiviſſe, qualia studia expetens, & quibus factis abstinens optimè & civitatem, & regnum administres. Periphr. Qui vobis Regibus, Nicocles, advehere vestes solent, aut æs, aut aurum elaboratum, aut aliquid aliud ejus generis, quo & ipsi egent, & vos abundatis: hos, ut mihi quidem videtur, plùs satis apparet, non largitionem facere, sed mercaturam, suasque res multò callidiùs vendere, quàm eos, qui ex professo cauponantur. Ego verò existimavi hoc pulcherrimum fore munus ac utilissimum, idemque & mihi danti, & tibi accipienti aptissimum, si describere possem: quibus officiis præstandis, & quibus rebus fugiendis optimè & civitatem & regnum administraturus esses.

Græcism. Phrases, &c.

1. Ἐργάζεσθαι τὸ χρυσὸν ἢ χαλκόν. Facere aurum aut æs. 2. Ἐνδεῖν ἴδι) vel ἐνδεῖσθαι τοιούτων χρημάτων. Egere ejusmodi rebus. 3. Πλουτεῖν τοιούτων χρημάτων. Talibus abundare rebus. 4. Δοκεῖν λίαν καταφανῆ εἶ). Videri valde manifestum esse: Plùs satis apparere. 5. Ποιεῖν δόσιν ἢ ἐμπορίαν. Facere largitionem aut mercaturam. Largiri vel mercari. 6. Πολύ τεχνικώτερόν τι πωλεῖν. Longè callidius aliquid vendere. 7. Ὁμολογεῖν καπηλεύειν. Profiteri se cauponari. Ex professo cauponari. 8. Δίδόναι καὶ λαμβάνειν τιὼ δωρεάν. Dare & accipere munus. 9. Ὀφείλεσθαι τὰ ὀφθησομένων. Græcism. Præstare officia. 10. Διοικεῖν τὴν πόλιν καὶ τὴν βασιλείαν. Administrare Civitatem & Regnum. Præesse Civitati & Regno.

Τὰς μὲν γὰρ ἰδιώτας ὅτι πολλὰ τὰ παιδεύοντα,

καὶ

καὶ μάλιστα μὲν τὸ μὴ τρυφᾶν, ἀλλ' ἀναγκάζεσθαι περὶ τοῦ βίου καθ' ἑκάστην ἀγωνίζεσθαι τὴν ἡμέραν. Ἔπειτ' οἱ νόμοι, καθ' οὓς ἕκαστοι πολιτευόμενοι τυγχάνουσιν· ἔπειθ' ἡ παρρησία, καὶ τὸ φανερῶς ἐξεῖναι τοῖς τε φίλοις ὀπιπλῆξαι, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ὀπιθέσθαι τῶν ἀλλήλων ἁμαρτήμασι· πρὸς δὲ τούτοις, πνὲς καὶ τὴν ποιητὴν τὴν προγεγενημένων ὑποθήκας, ὡς χρὴ ζῆν καταλελοίπασιν. ὡς ὀξ ἁπάντων τούτων εἰκὸς αὐτοὺς βελτίους γίνεσθαι. τοῖς δὲ πυρέττουσι δῆλον ὑπάρχει τοιοῦτον, ἀλλ' οὐ μᾶλλον ἔδει τὴν ἄλλων παιδεύεσθαι, ἐπειδὴν εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῶσιν, ἀνεπιτήδειοι διατελοῦσιν. Οἱ μὲν γὰρ πλείστοι τὴν ἀνθρώπων αὐτοῖς ἐπησιάζουσιν· οἱ δὲ συνόντες πρὸς χάριν ὁμιλοῦσιν. Metaphr. Nam privatos sunt multa docentia, & maximè quidem non deliciari, *non luxuriosè* vivere, sed cogi de victu per quamlibet certare diem. Deinde leges, secundùm quas singuli degentes sunt. Etiam verò libertas, & apertè licere amicosque reprehendere, & inimicis imminere, *insidiari* alterius invicem peccatis. Ad verò hæc, *præterea* quidam & Poëtarum veterum præcepta, quemadmodùm oportet vivere, reliquerunt. Itaque ex omnibus his consentaneum *est* ipsos meliores fieri. At Tyrannis nihil est tale, sed quos magis oportebat aliis institui, postquam in principatu constituti fuerint, sine admonitione *vitam* finiunt. Nam plurimi hominum ipsis non appropinquant: at unà agentes *cum iis* ad gratiam conversantur. Periphr. Nam privatos quidem homines permulta sunt, quæ erudiant: atque imprimis vita expers deliciarum, & quotidiana de parando victu quasi dimicandi necessitas. Deinde leges, quibus in suis quique civitatibus reguntur: Præterea libertas illa, quâ palàm & amicis objurgare, & inimicis exagitare licet delicta mutua. Denique Poëtæ quidam veteres præcepta de vivendi ratione reliquerunt. Quibus rebus omnibus consentaneum est, eos fieri meliores. Tyrannis autem nihil ejusmodi contingit, sed quos

omnium maximè institui conveniebat, hi mox susceptò principatu sine ullis monitoribus ætatem exigunt. Perpaucis enim ad eos patet aditus: qui verò familiariter vivunt cum eis, hi ad gratiam & dicunt, & faciunt omnia.

Græcismi, Phrases, &c.

1. Παιδεύειν τὸς ἰδιώτας. Erudire privatos homines. 2. Τὸ μὴ τρυφᾶν. Græcism. Vita deliciarum expers. 3. Ἀναγκάζεσθαι ἀγωνίζεσθαι. Pro, τὸ ἀναγκάζεσθαι τῷ ἀγωνίζεσθαι. (Nam uterque articulus hic in Authore dissimulatur.) Græcism. Necessitas dimicandi. Quia, 1. infinitivi cum articulis expressis aut implicitis ponuntur pro nomine in omni casu. 2. Quia Græci infinitivis cum articulo expresso vel dissimulato genitivi casûs, eo loco utuntur, quo Latini Gerundiis in di. 4. Ἀγωνίζεσθαι περὶ τῆ βίε. Dimicare de victu parando. 5. Καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν. Græcism. Singulis diebus. Quotidie. Exponitur etiam per adjectivum quotidianus, a, um; cùm ei substantivum sine suo adjectivo, vel infinitivus pro nomine substantivo positus adjungitur: ut, Τὸ ἀναγκάζεσθαι καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν. Necessitas quotidiana. 6. Πολιτεύεσθαι τυγχάνειν, seu πολιτεύεσθαι κατὰ τὸς νόμες. Legibus regi in civitate. Ex præscripto legum vivere. 7. Τὸ φανερῶς ἐξεῖναι τοῖς φίλοις ὀπιπλῆξαι. Græcism. idem significans, quod. ἡ φανερὰ ἐξεσία τῷ τοῖς φίλοις ὀπιπλῆξαι. Manifesta licentia amicos objurgandi. Libertas palàm amicos objurgandi: seu, libertas illa, quâ licet palàm amicos objurgare. 8. Ἐπιθέσθαι τὰ τῶν ἄλλων ἁμαρτήμασι Græcism. Exagitare aliorum peccata. 9. Καταλείπειν τὰ ὁδύκας ὡς χρὴ ζῆν. Relinquere præcepta de ratione vivendi, vel quomodò vivendum sit. 10. Τὸς πρώτυς μᾶλλον δεῖ τῶν ἄλλων παιδεύεσθαι. Principes maximè omnium convenit institui. 11. Ἀνεπίτροπον διατελεῖν, Sine ullis monitoribus

ribus ætatem exigere. 12. Ὀι πλεῖσοι τῶν ἀνθρώπων πῖς τυράννοις ὐ πλησιάζυσι. Paucis hominum ad Principes patet aditus. 13. Σύνειναι πῖς τυράννοις. Versari, familiariter vivere cum Principibus. 14. Ὁμιλεῖν πρὸς χάριν. Ad gratiam versari. Ad gratiam omnia & dicere, & facere.

Καὶ γὸ τοι κύριοι γενόμενοι, κὴ χρημάτων πλείστων, κὴ πραγμάτων μεγίστων, διὰ τὸ μὴ καλῶς χρῆσθαι ταύτοις τ ἀφορμαῖς πεποιήκασιν, ὥστε πολλὲς ἀμφισβητεῖν, πότερον ὄζιν ἄξιον ἐλέσθαι τ ζίον, τ τῶν ἰδιωτευόντων μὴ, ὅπειχῶς ὴ πραπόντων, ἢ τ τῶν τυραννευόντων. Ὅταν μὴ γὸ ἀποβλέψωσιν εἰς τὰς τιμὰς, κὴ τὸς πλύτυς, κὴ τὰς δυνασείας, ἴσο δέως ἅπαντας νομίσυσι τὸς ἐν τ μοναρχίαις ὄντας ἐπειδὰν ὴ ἐνδυμηθῶσι τὸς φόβυς, κὴ τὸς κινδύνυς, κὴ διεξιόντες ἑυρωσι, τὸς μὴ ὑφ' ὧν ἤκισα ἐχρῆν διαφθαρμένυς, τὸς δ' εἰς τὸς οἰκειοτάτυς ὀζαμαρτεῖν ἀναγκασμένυς, τοῖς δ' ἀμφότερα ταῦτα συμβεβηκόσι· πάλιν ὁπόζον ζῆν ἡγῶνται λυσιτελεῖν μᾶλλον, ἢ μὴ τοιούτων συμφορῶν ἁπάσης τ Ἀσίας βασιλεύειν. Metaphr. Etenim quidem domini facti & pecuniarum plurimarum, & rerum maximarum, per non bene uti his occasionibus, fecerunt, ut multi dubitent, utrùm sit dignum eligere vitam, quæ privatorum *est* quidem, justè autem agentium, vel quæ regnantium *est*. Cùm quidem enim respexerint ad honores, & divitias, & principatus, æquales Diis omnes arbitrantur eos, qui in monarchiis sunt *constituti*: postquàm verò considerarint terrores & metus, & differentes invenerint alios quidem, à quibus minimè oportebat interfectos, alios verò in proximos peccare coactos: aliis verò, utraque hæc contigisse: rursus quocunque modo vivere existimant conducere magis, quàm cum talibus calamitatibus universæ Asiæ dominari. Periphr. Itaque ampliſſimâ pecuniâ & maximâ potentiâ potiti, facultatibus his non rectè utendo effecerunt, ut multi in dubium vocent, sitne privatorum quidem homi-

num, sed moderatè se gerentium, potiùs expetenda vita, quàm Tyrannorum. Nam cum honores eorum & divitias & imperia intuentur, omnes eos Diis similes esse censent, qui soli rerum potiuntur. Cùm verò timores & pericula considerant, memoriâque repetentes vident, alios à quibus minimè decebat interemptos, alios erga suos conjunctissimos delinquere coactos, aliis utrumque accidisse: rursus quovis modo vivere melius esse putant, quàm in hujusmodi calamitatibus vel universæ Asiæ dominari.

Græcismi, Phrases, &c.

1. Κύριον γίνεσθαι τῶν χρημάτων πλείστων καὶ πραγμάτων μεγίστων. Græcis. Quem Latini non *dominum fieri pecuniarum plurimarum*, sed *Potiri ampliſſimâ pecuniâ & maximâ potentiâ* dicunt. 2. Ἐπιεικῶς πράττειν. juste agere: justitiæ litare: Moderatè se gerere. 3. Ἀποβλέπειν εἰς τὰς τιμὰς καὶ τὰς δυναστείας. Intueri honores & imperia. 4. Νομίζειν τινὰ ἀσόδιον εἶναι. Censere aliquem Deo similem esse. 5. Ἐνθυμεῖσθαι τοὺς φόβους καὶ τοὺς κινδύνους. Considerare timores & pericula. 6. Διαφθείρεσθαι ὑπό τινος. Interfici ab aliquo. 7. Διεξιέναι, ἀπὸ διεξίημι. Considerare, ratiocinari, memoriâ repetere, 8. Ἀναγκάζεσθαι εἰς τοὺς οἰκειοτάτους ἐξαμαρτάνειν. Cogi peccare, impelli ad peccandum in conjunctissimos. 9. Ὁποζῶν ζῆν. Quovis modo vivere. 10. Βασιλεύειν τῆς Ἀσίας. Dominari Asiæ.

Ταύτης δὴ τῆς ἀναιμαλίας καὶ τῆς ταραχῆς αἴτιόν ἐστιν, ὅτι τὸ βασιλεύειν ὥσπερ ἱερωσύνη παντὸς ἀνδρὸς εὐνομίζεται, ὑπὲρ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων μέγιστόν ἐστι, καὶ πλείστου θεσπέσιον δόξαν· καθ' ἑκάστην μὲν οὖν πρᾶξιν, ἐξ ὧν ἄν τις μάλιστα δύναιτο καὶ τρόπον διοικεῖν, καὶ τὰ μὲν ἀναδὰ διαφυλάττειν, τὰς δὲ συμφορὰς διαφεύγειν, τοῦ ἀεὶ παρόντος ἔχεσθαι συμβουλεύειν. καθόλου δὲ τῶν ὁπωσδήποτε, ὧν χρὴ ἐπιμελεῖσθαι,

ζεσθαι, ἢ περὶ ἃ δεῖ διαλείβειν, ἐγὼ πειράσομαι διελθεῖν. Metaphr. Hujus verò inæqualitatis & perturbationis causa est, quod regnum veluti sacerdotium cujusvis, viri esse putant, quod humanarum rerum maximum est, & majoris providentiæ indigens. Quoad quamlibet igitur actionem, ex quibus, *quomodo* quis maximè possit juxta modum, *rectè* administrare *civitatem & regnum*, & bona conservare, calamitates autem effugere, semper præsentium opus est consilium dare. In universum autem studiorum, pro studia, *ad* quæ oportet collimare, & in quibus oportet versari, ego conabor percurrere. Periphr. Est autem hujus diversitatis & confusionis causa hæc, quòd regnum tanquam sacerdotium cujuslibet hominis esse arbitrentur: quod summum est rerum humanarum, majoremque providentiam postulat. Ac singulatim quidem quo pacto rectissimè res administrari, utque & bona conservari, & mala caveri possint, eorum munus est consulere, qui tibi semper adsunt. Generatim autem, quæ studia tanquam meta tibi proposita esse debeant, & quibus in rebus versandum sit, ego recensere conabor.

Græcismi, Phrases, &c.

1. Δεῖσθαι τ προνοίας. Requirere, postulare providentiam. 2. Συμβουλεύειν καθ' ἑκάστω πρᾶξιν. Græcism. Id est, ἐν ἑκάστῃ πράξει, scil. ἀνεῦνα ὧν ταῦτα, ἐξ ὧν ἢ δι' ὧν. Consulere in singulis rebus ea, per quæ, &c. 3. Ἐξ ὧν, sæpe sumi potest adverbialiter pro ὅπως vel πρὸς τρόπον. Græcism. Quomodo, quo pacto, &c. 4. Κατὰ τρόπον. Rectè, μάλιστα κατὰ τρόπον. Rectissimè. Græcism. 5. Καθόλου τ τῶν ὀπτασιῶν, &c. Pro, καθόλου τὰ ὀπτασιώματα, ὧν χρὴ σοφὸν εἶναι, ἐγὼ πειράσομαι διελθεῖν. Est antiptosis, genitivus enim τῶν ὀπτασιωμάτων pro accusativo τὰ ὀπτασιώματα ponitur. Nam sæpe antecedens

tecedens casum relativi imitatur. 6. Στοχάζεσθαι τῶν ἐπιτηδευμάτων. Studia sibi, tanquam scopum, proposita habere.

Εἰ μὲν οὖν ἔσται τὸ δῶρον ἐξεργασθὲν ἄξιον τῆς ὑποθέσεως, χαλεπὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς συνιδεῖν· πολλὰ γὰρ καὶ πρὸ ἐμμέτρων ποιημάτων, καὶ τῶν καταλογάδην συγγραμμάτων, ἔτι μὲν ἐν ταῖς διανοίαις ὄντα τῶν συντιθέντων μεγάλας τὰς προσδοκίας παρέσχεν· ὑπερτελεσθέντα δὲ καὶ πῖς ἄλλοις ὑποδειχθέντα, πολὺ καταδεεστέραν τιμὴν δόξαν τε ἐλπίδος ἔλαβεν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ γε ἐγχείρημα καλῶς ἔχει, τὸ ζητεῖν τὰ παραλελειμμένα, καὶ νομοθετεῖν τῇ μοναρχίᾳ. Οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἰδιώτας παιδεύοντες ἐκείνους μόνους ὠφελεῖν εἰ δὲ πῃ τοὺς κρατοῦντας τῶν πλήθους ἐπ' ἀρετὴν προτρέψειεν, ἀμφοτέρους ἂν ὠφελήσειε, καὶ τοὺς τὰς δυνάστειας ἔχοντας, καὶ τοὺς ὑπ' αὐταῖς οὔσας· τοῖς μὲν γὰρ ἂν τὰς ἀρχὰς ἀσφαλεστέρας, τοῖς δὲ τὰς πολιτείας πραοτέρας ποιήσειεν. Metaphr. An igitur erit hoc donum elaboratum dignum argumento, difficile ab initio perspicere. Multa enim & dimensorum poëmatum, & prosâ oratione scriptorum adhuc quidem in mentibus existentia componentium, magnas expectationes præbuerunt, perfecta verò, & aliis ostensa multò inferiorem gloriam spe acceperunt. Verùm tamen inceptum bene habet, quærere prætermissa, & leges ponere regnis. Nam privatos homines instituentes, illos solos juvant: si verò quis eos, qui potiuntur multitudinis, ad virtutem excitaverit, utrosque juverit, & principatus habentes, & sub ipsis existentes: illis quidem enim imperia tutiora, his verò administrationes mansuetiores fecerit. Periphr. Utrùm verò donum hoc argumenti dignitati, cùm absolutum fuerit, sit responsurum, ab initio facilè perspici non potest. Multa enim & numeris devincta poemata, & solutâ oratione conscripti libri, dum adhuc in mentibus authorum inclusa tenerentur, magnam sui expectationem concitârunt: sed perfecta tandem, & aliis

aliis oſtenſa, longè tenuiorem, quàm pro conceptâ ſpe, gloriam conſecuta ſunt. Sed tamen conatus ipſe præclarus eſt, ab aliis prætermiſſa conquirendi, & regnis veluti leges præſcribendi. Nam qui privatos homines inſtituunt; hi ſolis illis proſunt. Si quis verò populi dominos ad virtutem excitârit, is utriſque commodaverit, tum iis, qui imperant, tum iis, qui parent imperio: quòd & illis principatus tutiores, & his Reſpublicas leniores effecerit.

Græciſmi, Phraſes, &c.

1. Συνειδέναι τὶ ἀπὸ τῆ ἀρχῆς. Perſpicere aliquid ab initio. 2. Πολλὰ τῶν καλαλογάδην συγγεγραμμάτων. Græciſm. Multi libri ſolutâ oratione conſcripti. 3. Παρέχειν μεγάλας τὰς προσδοκίας. Concitare magnas expectationes. 4. Λαμβάνειν τιὼ δόξαν. Conſequi gloriam. 5. Ὠφελεῖν τὰς ἰδιώτας μόνες. Solis prodeſſe privatis hominibus. 6. Κρατεῖν τῶ πλήθες. Dominari populo. Dominum eſſe populi, &c. 7. Προτρέπειν τινὰ ἐπὶ τὴ ἀρετιὼ. Excitare aliquem ad virtutem. 8. Ἔχειν τὰς δυναδείας. Græciſm. Imperare. 9. Ὑπὸ τῆ δυναδείαις εἶ). Græciſm. Parere imperio. 10. Ποιεῖν τὰς ἀρχὰς ἀσφαλεςέρας. Imperia reddere tutiora, &c.

Πρῶτον μὲν ἓν σκεπτέον, τί τῶν βασιλευόντων ἔργον ὄξιν. ἐὰν γὸ τὸ κεφάλαιον κὴ τιὼ δύναμιν ὅλε τῶ πράγμα[illegible] καλῶς ὑφαλάξωμεν ἐνθάυτα ἐπιβλέποντες, ἄμεινον κὴ ῥᾶον τῶν ἄλλων μερῶν ἐρῦμεν. Οἶμαι δὴ πάντας ἂν ὁμολογῆσαι πρέπειν αὐτοῖς πόλιν τε δυσυχῆσαν παῦσαι, κὴ καλῶς πραχθῆναι διαφυλάξαι, κὴ μεγάλιω ἐκ μικρᾶς ποιῆσαι. Τὰ γὸ ἄλλα, τὰ καθ' ἑκάςιω ἡμέραν συμπίπονλα, τύτων ἕνεκα πραπτέον ὄξί. Metaphr. Primùm quidem igitur videndum, quid regnantium opus eſt. Si enim caput & vim totius rei bene aſſumpſerimus, huc intuentes, meliùs, & de aliis partibus dicemus. Arbitror quidem omnes

omnes confessos esse convenire ipsis civitatémque infœliciter agentem sedâsse, *liberâsse*, & bene agentem conservâsse, & magnam è parva fecisse. Nam alia per quamlibet diem incidentia horum causâ faciendum est, vel facienda sunt. Periphr. Primùm igitur considerandum est, quodnam sit Regum officium. Nam si caput, atque id, in quo totius rei vis est, probè constituerimus: in ea intuentes, meliùs de cæteris quoque partibus dicturi sumus. Arbitror equidem constare inter omnes, convenire eis, ut civitatem è calamitatibus liberent, & res ejus secundas tueantur, & ipsam è parva magnam efficiant. Nam cætera, quæ quotidie incidunt, horum causâ fieri debent.

Græcismi, Phrases, &c.

1. Παραλαμβάνειν καλῶς τὴν δύναμιν ὅλε τῆς πράγματος. Constituere id probè, in quo totius rei vis consistit. 2. Παῦσαι pro παύειν τὴν πόλιν, τὴν δυσυχοῦσαν. Græcis. Liberare civitatem è calamitatibus. 3. Διαφυλάττειν τὴν πόλιν τὴν καλῶς πραττουσαν. Græcism. Tueri civitatis res secundas. 4. Τὰ ἄλλα ἕνεκα τούτων πρακτέον ὄντι. Græcism. Cætera horum causâ facienda sunt, &c.

Καὶ μὴν ἐκεῖνό γε φανερὸν, ὅτι δεῖ τὸς ταῦτα δυνησομένης, καὶ πρέπει τούτων βελευσομένης μὴ ῥαδυμεῖν· ἀλλὰ σκοπεῖν, ὅπως φρονιμώτερον διακείσονται τῆς ἄλλων· δέδοικται γὰρ, ὅτι τοιαύτας ἔξουσι τὰς βασιλείας, οἵαςπερ ἂν τὰς αὐτῶν γνώμας παρασκευάσωσιν. Ὥστε δεῖνὶ τῆς ἀθληπῆς ὕτω προσήκει τὸ σῶμα γυμνάζειν, ὡς τοῖς βασιλεῦσι τὴν ψυχὴν τὴν ἑαυτῶν. Ἅπασαι γὰρ αἱ παγκρατίαι δέον μέρος τιθέασιν τέλων τὸ ἄθλον, ὑφ' ὧν ὑμεῖς καθ' ἑκάστην ἀγωνίζεσθε τὴν ἡμέραν. ὧν ἀθυμοῦντα χρὴ προσέχειν τὸν νῦν, ὅπως ὅσονπερ τὸ τιμαῖς τῆς ἄλλων πρόσχεις, τοσοῦτον καὶ τὸ ἀρεταῖς αὐτῶν διοίσεις. Καὶ

μὴ

μὴ νόμιζε τὴν ὀλιγωρίαν ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις πρά-γμασι χρησίμην εἶναι, πρὸς δὲ τὸ βελτίους ἡμᾶς καὶ φρονιμωτέρους γίνεσθαι μηδεμίαν ἔχειν δύναμιν· μηδὲ καταγνῶναι τὴν ἀνθρώπων ποσαύτην δυσχέραν, ὡς πρὸ μὲν τῶν θείων τέχνας εὑρήκαμεν, αἷς αὐτῶν τὰς ψυχὰς ἡμερέστερον καὶ πλείονος ἀξίας ποιεῖμεν· ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς οὐδὲν ἂν πρὸς ἀρετὰς ὠφελήσαιμεν. Metaph. Illud verò manifestum, quòd oportet eos, qui hæc poterunt, & de his deliberaturi sunt, non segnes esse, sed prospicere, ut prudentiùs aliis affecti sint. Ostensum est enim, quòd talia habebunt regna, quales suas mentes comparaverint, *effecerint*. Quamobrem nulli pugilum sic convenit corpus exercere, ut regibus mentem suam. Omnes enim hæ celebritates nullam partem constituunt horum præmiorum, pro quibus vos per quemlibet certatis diem: Quæ cogitantem oportet adhibere mentem, ut quantùm honoribus aliis præstas, tantùm & virtutibus ipsos excellas. Et ne existima diligentiam quidem in aliis rebus utilem esse, ad meliores verò nos & prudentiores fieri, nullam habere vim. Neque condemnes hominum tantam infœlicitatem, ut circa feras quidem artes invenimus, quibus ipsarum animos cicuramus, & pluris, *majoris* dignitatis facimus, nos verò ipsos nihil ad virtutem juverimus. Periph. Illud autem perspicuum est, oportere eos, in quibus hæc facultas esse debeat, & qui his de rebus deliberaturi sint, non socordiæ sese dare: sed providere, ut sint aliis longè prudentiores. Constat enim, quemadmodum ipsi suos animos excoluerint, ita etiam eorum regna se esse habitura. Quare nulli pugili ita convenit corpus exercere, quàm regibus ingenium suum. Nam celebritates ludorum universæ nullam partem constituunt eorum præmiorum, pro quibus vos quotidie decertatis. Hæc igitur considerantem operam dare te decet, ut quantùm alios dignitate superas, tantùm etiam virtute illis antecellas. Neque verò putabis

curam & ſtudium in aliis prodeſſe rebus; ad augendam autem virtutem noſtram & prudentiam nihil habere virium, neque tantæ infœlicitatis homines condemnabis, ut cùm artes quaſdam ad cicurandas beſtias & animos earum excolendos invenerimus, ipſi nobis ad virtutem nihil afferre adjumenti queamus.

Græciſmi, Phraſes, &c.

1. Οὐδὲν πθέναι μέρος τῆς ἄθλων. Nullam conſtituere partem præmiorum. 2. Ἀγωνίζεσθαι περὶ τῆς ἄθλου. Certare pro præmio. 3. Περέχειν τ τιμὰς τῶν ἄλλων. Superare alios dignitate. 5. Διαφέρειν τ ἀρεταῖς τῶν ἄλλων. Antecellere aliis virtute. 6. Ἡ ἐπιμέλεια μεγάλω ἔχει δύναμιν πρὸς τὸ βελτίους ἡμᾶς κὴ φρονιμωτέρους γίνεσθαι. Græciſm. Magnam vim habet ſtudium, ut meliores & prudentiores ſimus, vel ad augendam virtutem & prudentiam noſtram. 7. Καταγινώσκειν τῶν ἀνθρώπων τλὼ δυσυχίαν. Græciſm. Condemnare homines infœlicitatis. 8. Ἡμερῶν κὴ τλείονο ἀξίας ποιεῖν τὰς τῶν θηρίων ψυχάς. Græciſm. Cicurare & excolere animos ferarum. Ὠφελεῖν τινα πρὸς ἀρετήν. Adjumentum afferre alicui ad virtutem.

Ἀλλ' ὡς κὴ τ παιδεύσεως, κὴ τ ἐπιμελείας μάλιστα δυναμένη τλὼ ἡμετέραν ψυχὴν εὐεργετεῖν, ὅτω διάκεισο τλὼ γνώμλω, κὴ τῶν τε παρόντων τοῖς φρονιμωτάτοις πλησίαζε, κὴ τῶν ἄλλων, ὃς ἂν δύνη μετατρέπτε. Καὶ μήτε τ ποιητῶν τ εὐδοκιμούντων, μήτε τ σοφιστῶν μηδενὸς οἷς δεῖν ἀπείρως ἔχειν, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀπρεπεστὴς γίνε, τῶν δ μαθητὴς, κὴ παρασκεύαζε σαυτὸν, τῶν μὲν ἐλαττόνων κρείττω, τ δ μείζόνων ἀνταγωνιστήν. Διὰ γὰρ τέλων τ γυμνασίων, πάντως ἂν γένοιο τοιοῦτο, οἷον ὑπεθέμεθα δεῖν εἶ τ ὀρθῶς βασιλεύσοντα, κὴ τὴν πόλιν ὡς χρὴ διοικήσοντα. Μάλιστα δ' ἂν αὐτὸς ὑπὸ σαυτὸν φιλοκαλήσοις, εἰ δεινὸν ἡγήσοιο, τὰς χείρους τ βελτόνων ἄρχειν

ἄρχειν, καὶ τοῖς ἀνοητοτέροις τοῖς φρονιμωτέροις προστάττειν. Ὅσῳ γὰρ ἂν ἐῤῥωμενεστέρως τὴν τῆς ἄλλων ἄνοιαν ἀπεμάξῃς, τοσούτῳ μᾶλλον τῶν σαυτοῦ διανοιαν ἀσκήσεις. Metaph. Sed quòd & inſtitutione, & diligentiâ maximè poſſit animus noſter adjuvari, ita affectus eſto animum, *animo*, & præſentium prudentiſſimis te applica, & aliorum quos poſſis, accerſe, & neque Poëtarum bene audientium, neque Philoſophorum cujuſquam puta oportere imperitè habere, ſed illorum quidem auditor eſto, horum verò diſcipulus: & para teipſum minorum quidem judicem, at majorum æmulum. Per hæc enim exercitia celerrimè fueris talis, qualem ſuppoſuimus oportere eſſe rectè regnaturum, & civitatem, ut decet adminiſtraturum. Maximè verò à teipſo admonitus fueris, ſi grave exiſtimaveris deteriores melioribus imperare, & ſtolidiores prudentioribus mandare. Quantò verò vehementiùs aliorum amentiam deſpexeris, tantò magis tuam ipſius mentem exercebis. Periphr. Illud potiùs tibi perſuadeas, quòd inſtitutione & curâ cum primis animus noſter queat adjuvari. Itaque tum domeſticorum prudentiſſimis familiariter utere, tum exterorum quoſcunque poteris accerſito: tum celebrium Poëtarum, & Rhetorum omnium periculum tibi eſſe faciendum, perſuaſum habeto: ac illorum quidem auditor eſto, horum autem diſcipulus: itaque te para, ut & minorum ſis judex, & majorum æmulator. Nam his exercitationibus celerrimè talis fies, qualem eſſe nos oportere propoſuimus eum, qui rectè ſit regno præfuturus, & urbem, ita ut decet, gubernaturus. Sic verò ipſe te maximè cohortabere, ſi abſurdum eſſe duxeris deteriores præſtantioribus dominari, & ſtolidiores prudentioribus imperare. Nam quò vehementiùs aliorum inſcitiam deſpexeris, eò diligentiùs ingenium tuum exercebis.

Græciſmi, Phraſes, &c.

1. Οὕτω διάκειδαι τὴν γνώμλω. Græciſm. Ita ſentire, velle. Hoc ſibi perſuadere. 2. Πλησάζειν τοῖς φρονιμωτάτοις. Familiariter uti prudentiſſimis. 3. Ἀπείρως ἔχειν τῆς ποιητῶν καὶ τῆς σοφιστῶν. Græc. Ignarum eſſe Poëtarum & Rhetorum. 4. Ὀρθῶς βασιλεύειν. Rectè præeſſe Regno. 5. Διοικεῖν τὴν πόλιν. Adminiſtrare urbem, civitatem.

Ἄρχεδαι μὲν ἔν σ' ἐντεῦδεν χρὴ τὸς μέλλοντάς π ποιήσειν τῆς ἄλλων. Πρὸς ᾧ τοῦτοις φιλάνδρωπον εἶναι δεῖ καὶ φιλόπολιν. Οὔτε γὰρ ἵππων, οὔτε κυνῶν, οὔτε ἀνδρῶν, οὔτε ἄλλω σφάγμαΘ' ὄφελός ἐδίον τε καλῶς ἄρχειν, ἢν μή τις χαίρῃ τούτοις, ὧν αὐτὸν δεῖ ποιεῖδαι τὴν ἐπιμέλειαν. Μελέτω σοὶ τῦ πλήδος, καὶ πρὸς πάντας ποιῦ κεχαρισμένως αὐτοῖς ἄρχειν· γινώσκων, ὅτι καὶ τῶν ὀλιγαρχιῶν, καὶ τῶν ἄλλων πολιτειῶν αὗται πλεῖσον χρόνον διαμένουσιν, αἵτινες ἂν ἄριστα τὸ πλῆδΘ' θεραπεύσωσι. Καλῶς γ' ἡμαγωγήσεις, ἐὰν μήτε τ' ὄχλον ὑβρίζειν ἐᾷς, μήτε ὑβριζόμενον περιορᾷς· ἀλλὰ σκοπῆς, ὅπως οἱ βέλτιστοι μὲν τὰς τιμὰς ἕξουσιν, οἱ δ' ἄλλοι μηδὲν ἀδικηδήσονται. Ταῦτα γὰρ στοιχεῖα πρῶτα καὶ μέγιστα χρησῆς πολιτείας δεῖ. Metaphr. Incipere quidem igitur inde oportet futuros quid facere, *pro facturos quid* decentium. Ad hæc verò amantem hominum eſſe oportet, & amantem civitatis. Neque enim equis, neque canibus, neque viris, neque alii rei cuiquam poteſt bene imperare, ſi non quis gaudeat his, quorum ipſum oportet facere curationem. Cura tibi ſit populi, & per omne, vel per omnia facito gratè ipſis imperare, ſciens quòd & oligarchiarum, & cæterarum gubernationum hæ plurimum tempus permanent, quæ optimè populum coluerint. Bene autem populum reges, ſi neque turbam injuriam facere ſinas, neque injuriâ affectam (ſcil. turbam) contemnas, *deſeras*: ſed proſpicias,

proſpicias, ut optimi quidem honores habebunt, *pro habeant*, alii verò nihil lædentur, *pro lædantur*. (Nam *ut* cauſalis conjunctivum poſtulat apud Latinos.) Aliter: Hinc igitur eos auſpicari decet, qui fungi officio volent: Præterea *te* & hominum & Civitatis amantem eſſe convenit. Nec enim fieri poteſt, ut vel equis, vel canibus, vel hominibus, vel ulli denique rei quiſquam rectè præſit, niſi delectetur iis, quorum ei mandata eſt curatio. Populus curæ tibi ſit, & omnia in eo poſita eſſe putato, ut is imperio tuo delectetur. Notum enim eſt, & oligarchias, & cætera imperia eò diuturniora eſſe, quò diligentiùs populum coluerint. Sic autem bene imperabis, ſi neque vulgi petulantiæ locum dederis, neque alios populo inſultare paſſus fueris: ſed provideris, ut & honores optimo cuique mandentur, & cæteri nullis injuriis afficiantur. Hæc enim elementa prima & maxima ſunt reipublicæ bene conſtitutæ

Græciſmi, Phraſes, &c.

1. Ποιεῖν τι τῶν δέοντων. Græciſm. Fungi aliquo officio. Adminiſtrare aliquod munus. 2. Ἄρχειν τῶν ἀνδρῶν. Græciſm. Verbis enim imperandi apud Latinos non genitivus, ſed datiuus jungitur, ut; Imperare vel præeſſe hominibus. 3. Ποιεῖσθαί τινος τὴν ἐπιμέλειαν. Græciſm. Curare rem aliquam. Curationem ſuſcipere alicujus rei. 4. Περὶ παντός τι ποιεῖν. Græciſm. Deſudare in aliqua re omni ſtudio. Summa ope niti in aliqua re, &c. 5. Διαμένειν πλεῖσον χρόνον. Longiſſimo tempore durare. Item, Diuturnius vel diuturniorem eſſe. 6. Ἐᾶν τὸν ὄχλον ὑβρίζειν. Sinere, pati populum injuriam facere. Vulgi licentiæ frænos laxare. Populi petulantiæ locum dare. 7. ὅπως οἱ βέλτιστοι μὲν τὰς τιμὰς ἕξουσιν, οἱ δ' ἄλλοι, μηδὲν ἀδικηθήσονται.) Hic plures ſunt. Græciſm. ὅπως ἕξου-

σι καὶ ἀδικηθήσονται. Ut habebunt & injuriâ afficientur: pro habeant & injuriâ afficiantur. Vide pag. 8. & 9. num. 1. 2. μηδὲν ἀδικηθήσονται. *Nihil injuriâ afficiantur*: pro, *in nulla re* injuriâ afficiantur. &c. 8. Ἔχειν τὰς τιμάς. Præditum esse dignitate. Fungi munere, &c. 9 Ἀδικεῖσθαι μηδέν. In nulla re injuriâ affici. Nullâ injuriâ affici, &c.

Τῶν πραγμάτων, καὶ τῶν ὀπτευμάτων, κίνει καὶ μετάπιθι τὰ μὴ καλῶς κατεσκῶτα· καὶ μάλιστα μὲν εὑρετὴς γίνε τῶν βελτίσων· εἰ δὲ μὴ, μιμοῦ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις καλῶς ἔχοντα. Ζήτει νόμους τὸ μὲν σύμπαν δικαίους καὶ συμφέροντας, καὶ σοίσιν αὐτοῖς ὁμολογουμένους, πρὸς δὲ τούτοις, ὅσπερ τὰς μὲν ἀμφισβητήσεις ὡς ἐλαχίστας, τὰς δὲ διαλύσεις ὡς θᾶττον ταχίστας τοῖς πολίταις ποιήσουσι. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα πρόσεῖναι δεῖ τοῖς καλῶς κειμένοις νόμοις. Τὰς μὲν ἐργασίας αὐτοῖς καθίστη κερδαλέας, τὰς δὲ πραγματείας ἐπιζημίους, ἵνα τὰς μὲν φεύγωσι, πρὸς δὲ τὰς πρόθυμως ἔχωσι. Metaph. Edictorum & institutorum move & transpone non bene constituta: & maximè quidem inventor esto optimorum: si verò, non, imitare apud alios bene habentia. Quære leges quidem *in* universum justas & conducibiles, & sibi ipsis consentientes: ad hæc verò, quæ controversias quàm pauciſſimas, at dissolutiones, compositiones quàm fieri potest celerrimas civibus facient. Hæc enim omnia inesse oportet bene statutis legibus. Negotiationes ipsis constitute lucrosas, actiones verò *forenses* damnosas: ut has quidem fugiant, ergo illas verò cupidè habeant. Periphr. Edicta & instituta vitiosa loco move & muta: operamque in primis dato, ut optimorum sis inventor: sed si fieri nequit, imitare, quæ apud alios rectè se habent. Leges quære in universum æquas & utiles & inter se consentientes: atque etiam tales, quæ & controversias civium quàm pauciſſimas, & compositiones, quàm fieri potest, celerrimas efficiant. Hæc enim oportet inesse omnia legibus bene constitutis Effice

ſice eis negotiationes lucroſas, lites detrimentoſas, ut has fugiant, illas appetant.

Græciſmi, Phraſes, &c.

1. Μεταθέναι τῶν πραγμάτων τὰ μὴ καλῶς κατεχῶτα. Græciſm. vide pag. 19. 20. n. 5. 6. Mutare edicta vitioſa. 2. Μιμεῖσθαι τὰ ὑφ' ἑτοῖς ἄλλοις καλῶς ἔχοντα. Imitari ea, quæ apud alios bene ſe habent. 3. Ποιεῖν τὰς ἀμφισβητήσεις ὡς ἐλαχίστας. Efficere controverſias quàm pauciſſimas. 4. Καθιστάναι τὰς ἐργασίας τῆς πολίτας κερδαλέας. Negotiationes efficere civibus lucroſas. 5. Φεύγειν τὰς πραγματείας. Fugere lites, Abhorrere, alienum eſſe à litibus. 6. Περιθύμως ἔχειν πρὸς τὰς διαλύσεις. Græciſm. Appetere compoſitiones, ſcil. litium.

Τὰς κρίσεις ποιῶ, περὶ ὧν ἂν πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι, μὴ πρὸς χάριν, μηδὲ ἐναντίας ἀλλήλαις, ἀλλ' ἀεὶ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν γινώσκω. Καὶ γὰρ πρέπει, καὶ συμφέρει τὴν τῶ βασιλέων γνώμην ἀμεταμελήτως ἔχειν περὶ τῶ δικαίων, ὥσπερ τὰς νόμους, τὰς καλῶς κειμένους. Διοικῶ τὴν πόλιν ὁμοίως, ὥσπερ τὰ πατρῶον οἶκον, τὴν μὲν παρασκευὴν λαμπρᾶς καὶ βασιλικῶς, τὴν δὲ πρᾶξιν ἀκριβῶς, ἵν' εὐδοκιμῆς ἅμα, καὶ διαρκῆς. Metaphr. Judicia facito, de quibus inter ſe contendant, non ad gratiam, neque contraria aliis alia: ſed ſemper eadem de iiſdem cognoſce, *judica*. Etenim decet & confert Regum ſententiam immobiliter ſe habere de juſtis, quemadmodùm leges rectè ſtatutas. Adminiſtra civitatem ſimiliter ut paternam domum, apparatibus ſplendidè & regiè, exactionibus, *vectigalibus* accuratè: Ut bene audias ſimul & ſufficias, *ſumptibus ne exhauriaris*. Periph. De controverſiis eorum ſententias neque ad gratiam ferto, neque inter ſe contrarias, ſed de iiſdem quidem rebus ſemper eadem decernito. Etenim & decet, & expedit Regum

de

